

6.
A. Hepleti sum. A

ell.

re nos domine. Evovae.

us deus salutis

VII-68.

Inest huic Volumini:

- 1.) Oehlhauffii Sciagraphia System. Jurispr. Amd. Regionati. 1640.
- 2.) Pancrati Mich. diff. de iuramento perhorrescentia. Rostochii 1661.
- 3.) Eiusd. de imperio in capita subditorum. Cassovia 1668.
- 4.) Eiusd. Tractatus Juridicus originem Juris publ. Regni Hungar. exhibens.
ib. eod.

~~418.25~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.
VI-68.
SIGNAT. CLVCCCCXIII.

22. 8. 17



1
2
3

Handwritten red ink scribbles in the top right corner.



D O. M. A. /

ΣΚΙΑΓΡΑΦΙΑ

Systematis Jurispruden-
tiæ Romanæ,

Q U A M

In celeberrima Academia Regiomontana,

Consensu Amplisf. & Nobiliss. Facultatis
Juridicæ,

*Pro summis in utroq; Jure honoribus & privilegiis
impetrandis,*

Publicæ Eruditorum censuræ
subjicit

PETRUS ÖLHAFIUS,

Gymn. Dantiscani Inspector, & Prof.
Publ. &c.

*Ad diem 9. Martij horis ante- & -pomerid.
In Auditorio majori.*



REGIOMONTI,

Typis JOHANNIS REUSNERI,

ANNO M. DC. XL.

ΣΚΙΑ ΠΑΡΑ

Systematis Jurisprudenz

cie Romanae

Q. A. M.

In celebratione Academiae Regiomontanae

Consensu Amplissimi & Nobilissimi Facultatis

Juridicae

Professores in magno summo honoris & privilegio

imprimenda

Publicae Bibliothecae Regiomontanae

typis

PETRUS ÖLHAFFIUS

Gymn. Praesidentium Inspector & Prof.

Publ. &c.

Ad diem 2. Martij anni 1801

In Regiomonti



REGIOMONTI

Typis JOHANNIS REUSNERI

ANNO M. DC. XL.





I. N. D. J. C.

I.



Ccuratum Jurisp. Systema concinnaturus, ejus Præcognita & Præcepta proponet.

2. *Præcognitorum quædam utilitatis, quædam necessitatis gratiâ delibantur.*

3. *Utilitatis ergò duo Præcognitorum genera degustare placet, quorum*

1. *Naturam Habitus. 2. Systematis concernit.*

4. *Ut Natura habitus cognoscatur, ejus Existentiæ, & Essentia explicanda.*

5. *Circa Existentiã Habitus Jurispr. inquiritur absolute, num detur talis Habitus, & restrictè, an sit distinctus ab aliis habitibus; illud argumentis evincere, esset soli tenebras offundere, hoc proprium hujus habitus objectum, à cæteris formaliter distinctum, probatum dat.*

6. *Essentiam habitus Jurispr. venabimur, si vestigia Methodi Logicæ (salebrosis subdivisionum & argutarum distinctionum devitis relictis) sequemur, ac 1. Nomen, genus, subjectum, & causas Jurispr. indagabimus. 2. Definitionem ex his conflata, & divisionem subjiciemus. 3. Cognata & opposita, eam à posteriori illustrantia, scrutabimur.*

7. *Nominis Jurisp. Homonymia, Etymologia & Synonymia spectanda foret: quâ 1. Jurisp. nomen accipitur late pro quavis cujuscunq; juris cognitione, & in Civilem ac Ecclesiasticam dispescitur, v. Alst. lib. 26. Encyclop. sect. 3. strictè*

A

pro



pro civilis juris scientiâ, tùm propriè; tùm Impropriè. Propriè pro habitu ipso in pratico intellectu regnante; impropriè pro systemate habitum docentis adumbrante, discantis constituente, ceu causa remota; propria significatio primo præcognitorum generi, impropria secundo curæ est, illius respectu Interna, hujus Externa dicitur. Quâ II. à Jure & Prudentia, Ety-mologiâ à genere & objecto tractationis descendente, derivatur, ut superficiali nomen consideranti curâ patefcet, quam variè ve-rò divisim vox juris, & prudentiæ accipiatur, apud Philosophos, & Lexicographos Juridicos videndum. Quâ III. in jure civilis Philosophia vera, ff. de just. & jur. l. 1. §. 1. coll. cum l. 1. §. 1. ff. de var. & extraor. cogn. jus & legitimum studium, civilis sapien-tia, juris civilis scientia, legitima scientia, & legitimum opus appellatur, vid. Vult. l. 1. J. R. c. 1. remissivè. Althusio lib. 1. Di-cæol. c. 1. Nomica, nomologica, sive nomothetica, Dicæologica δικάσιοντολογία &c. Volcmaro Scrib. Intr. ad Jurisp. th. 2. νομο-λογική nuncupatur. Verum cum hæc Synonyma, vel inadæqua-tè Jurisp. representent, vel tropicè & obscure, Nomen Jurisp. Habitui huic maximè appropriatum, retinebimus.

8. Genus Jurisp. non est scientia, propriè dicta, ut vult Pet. Gilkenius, Chassaneus, quia ei nec subjectum, nec obje-ctum, nec finis, neq; definitio scientiæ competit, ceu facile perspi-ciet, qui naturam scientiæ, ex Arist. & Interp. probè cognovit. 2. Non est scientia & sapientia simul, ut putat Angelus Mattheacius, Nevisanus. 3. Multò minus est scientia, sapientia & Ars unâ, ut delirat Coras. quia contradictio evi-dens implicaretur, & ex nobilissimâ Facultatum, centaurus in-formis constitueretur. 4. Non est Ars propriè dicta, ut Hoppe. lib. 1. de juris arte c. de jur. defm. arbitratur, quia Ars est habitus cum rectâ ratione effectivus, Arist. 6. Nicom. c. 4. Jurisp. non est talis habitus. Er. Quid verò τὸ πρῶτον, sive effice-re propriè sit, non secundum cujusq; erroneum & inveteratum
conce

conceptum explicandum, sed ex Aristot. definitionis Auctore, in
in locis, ubi acroamaticè & accuratè, de hâc re loquitur, hauri-
endum est. Præter Hoppe. alij quoq; præclari Icti, Jurisp. ar-
tem esse statuunt, ceu Petrus Gregorius de jur. arte c. 2. Vult. J.
R. l. 1. c. 1. Alch. l. 1. c. 1. verum de tantis ingeniis hoc mihi per-
suadeo, illa vocem Artis in latissimâ & impropriâ significatione
usurpasse; At generalitatem & improprietatem a xē. Beia, quam
naturæ disciplinæ scrutinium unice efflagitat, vehementer dete-
statur, ne innumera genera nativæ Jurispru. indoli affricentur.
5. Demum non est simplex quædam peritia ratione destitu-
ta, ut celebres Philosophi, Angelus Thyus in præcog. log. &
Zabarel. de natur. scie. constit. cap. 33. cavillantur, siquidem est
habitus perfectus intellectum practicum perficiens, principis non
sola scilicet, sed & quod constantibus innitens, ut suo tempore decla-
rabitur, ex discursu vero horum Philosophorum colligere licet,
illos Jurisprudentiam, & nudam legum peritiam confudisse, ac
affectuum æstro abreptos, Jurisprudentiæ, vilitatem Jurisperitiæ,
impudenti rabularum forensium cohorti familiari, impegiße, hoc
refutat Volem. Scrib. p. 53. Matth. & Gilken. remotis falsis ge-
neribus, quæ Jurisp. partim ex Philosophiæ ignorantia & ne-
glectu, partim ex affectu & pertinaci priscorum lctorum nævos &
errores defensandi studio, assignata sunt, demum verum genus
Jurisp. in proscanium producimus: Est igitur Jurisp. Genus
remotum, Habitus principalis, sive virtus mentis, quoniam
per se expetitur, neq; ulli alij Habitu ancillatur, confer Arist. 6.
Nicom. cap. 2. propinquum, Habitus practicus: praxis enim
est operatio regulata à ratione, Franc. Maro; id est, ut lati-
nius loquamur, operatio, cui Regulam & directionem intellectus
prescribit, quæq; ad objectum operabile, quatenus tale est, diri-
gitur, intellectus enim extensione fit practicus, Scotus ref. Aristo
vide Suar. tom. 2. disp. Metaph. 44. sect. 13. vel (ut à molis specia-
liter distinguatur) est actio intellectus practici regulata, quæ

sibi ultimus est finis, nec per se ad aliquod opus refertur. Acquis habitus Iurisp. huiusmodi actionem elicit, ut infra perspicuum fiet. Ergo. Proximum est prudentia civilis, quo à Logica & Theologiâ, quæ habitibus practicis accensentur, discernitur: quippe operatio, sive praxis Iurisp. ad bonum & honestatem peragendam quasi extenditur, ac verè definitio Prudentiæ civilis, quâ dicitur virtus sive habitus practicus, benè consulens & solerter judicans, ac consulta & inventa emendatione indigentia corrigens & dijudicans, ei applicatur. Hanc sententiam amplexantur quoad rem, Christ. Ehemius lib. 1. prin. jur. cap. 11. & 12. Scrib. intr. ad Iurisp. cap. 2. quamvis quoad verba quadantenus discrepare videantur, ille enim Iurisp. esse virtutem & prudentiæ partem; hic virtutem practicam sive intellectus practici, esse asserit: uterq; verbis ambiguis & obscuris utitur, tutius igitur est ex seris verbis. Iurisp. Prudentiam civilem nominare.

9. Objectum Iurisprudentiæ vel est Internum, vel Externum.

10. Internum adæquatum, & operationis est intellectus practicus hominis politici, quatenus promptitudine consulendi & iudicandi, juxta II. præscriptum imbuendus est: Hæc sententia utpote nova & insolens declaranda & probanda est. 1. Objectum hocce, ceu reliquarum disciplinarum materiali & formali constat: Materiale est intellectus practicus, non indefinitè & indifferenter, sed determinatè Hominis Politici, sive in Rep. versaturi, ac actiones suas ad finem Iurispr. ultimum dirigere sat agentis: formale his verbis innuitur, quâ promptitudine consulendi &c. imbuitur, non absolute, sed secundum II. dictamen, adeo ut illæ normati, sive mensurati, hæ normæ & mensuræ vicem sustineant. 2. Objecti veritas efficaci argumento roboratur: Illud est verum & genuinum Iurispru. objectum, in quod operationem suam intimam & perfectam introducere gestit, quoq; ab aliis disciplinis practicis discrimina-

eminatur. Sed hujusmodi est *objectum indigitatum*. Ergo &c.
Coeteri Icti, qui aliud *objectum Jurisp.* assignant, vel *naturam habitus Jurisp.* non intellexerunt, vel amore legum delinuti, veri *subjecti naturam scrutari noluerunt*, vel *objectum Metaphoricum pro proprio, tractationis, pro operationis &c. substituerunt*; quæ deducere, & ad oculos demonstrare, instituti nostri ratio haud admittit.

11. Externum sunt actiones hominum civiles, quatenus justum & iniquum in iis relucet, sive quatenus legitima vel non, seu potius, quâ in illas aequalitas, sive justitia introduci potest, atq; huc fortassis respexit Ictus Jurisp. describens §. 1. In. de. I. & l. l. 10. §. 2. ff. eod. *justi atq; injusti scientiam vide hanc opinionem explicantem & defendentem Scrib. introd. ad. Jurisp. th. v. Ehem. de pri. Jur. lib. 4. c. 3. 4. 5.*

12. *Causa Jurisp. duæ Efficiens & finis (materiam enim & formam propriè dictam, accidentia non admittere, Philosophorum schola tradunt) explicandæ.*

13. *Efficiens vel est prima, vel secunda.*

14. *Prima est Dei concursus specialis (non gratiosus) quendam egregiis ingeniis ingenerantis, ut amore æquitatis, à forti principiorum practitorum naturâ insitorum impressione, conciliatæ, occultâ quadam vi, ad bonarum legum, queis Resp. fundantur & conservantur, culturam rapiantur.*

15. *Secunda vel est remota, vel propinqua, vel proxima.*

16. *Remota est φύσις sive ingenium ad habitum Jurisp. acquirendum aptum natum: Quod omnes Icti unanimiter quidem desiderant, sed nemo specialiter expressit. Petr. Greg. de jur. art. c. 44. Coclem in suâ physiognomiâ asserentem, Foviales naturas studio jurium aptissimas esse, sequitur; at cuius temperamenti sit ingenium, benignâ Fovis irradiatione natum, alium siles. Janus Huartus, Philosophus & Medicus Hispanus, in sub-*

*vil. tract. de divers. Ingenio. Hispanico primum Idiomate conscri-
pto, propius rem tetegit cap. 14. inter ll. theoriam & praxin di-
stinguens; illa memoriam, tantam ll. farraginem comprehendere
valentem, hæc intellectum deposcit: legum enim vim intelligere
& ponderare, casuiq; sive facto accuratè applicare, eximij iudicij
& intellectus virtus est. Quoniam autem hæc due facultates,
rarò in uno subjecto, in gradu excellenti concurrunt, memoria e-
nim humidam, intellectus siccam temperiem desiderat, rarissimè
quoq; contingit, ut præclari Legistæ, eximij practici sint, quod
jam suo ævo, Plato, lib. de legibus deprehendit. Hinc occasiona-
liter quæritur, Utrum magè ad Iurisprudentiam idoneum, me-
moriâ, an intellectu & iudicio pollens ingenium? R. posterius, quia
operationis ab habitu Iurisp. proximè proficiscentis maximè
capax est: adhuc memoriæ defectus, non tantum mille admini-
culis, libris, codicillis &c. suppleri potest; sed & Reminiscentiâ,
intellectus sobole, abundè compensatur: Specialia, quibus iudicij
hujus farine ingenium prodatur, apud Physicos & Huartum in
laud. tract. legenda sunt.*

17. Propinqua, est Præceptorum juris, formalitèr
in systemate quodam accuratè elaborato, virtualitèr & confuse
in vastis juris Romani voluminibus contentorum solida cogni-
tio, lectio, meditatione, & diligenti collatione privato publicè
acquisita.

18. Proxima causa, est Exercitatio practica, in ap-
plicandis casibus, sive factorum speciebus singularibus, ad præce-
pta universalia operosa, ac in frequenter consulendo & decidendo
conspicua: quandoquidem huic requisita palmaria cause proximæ
evidenter conveniunt, quippe ea posita & sublata, habitus Iurisp.
ponitur, & tollitur &c. Hinc suapte sponte emergebat: illos
qui in theoreticâ exercitatione consenescent, id est duntaxat
leges fidelitèr memoriæ insigunt, illas assiduâ meditatione dignan-
tur, problemata controversa per rationes dubitandi & decidendi

resolvunt &c. neq; ad practicam nisi xaxaxaxi, singularia unice spectantem descendunt, nunquam habitu Iurisp. decoratum iri adeoq; nec I Ctos salvari posse.

19. Finis Iurisp. vel est principalis, vel minus principalis.

20. Principalis vel est Internus, vel Externus.

21. Internus est dextrè consulere & decidere, sive consilium & decisio, quæ duo à se invicem quidem formaliter distinguuntur, ita tamen sunt affecta, ut qui unum novit, alterum quoq; noverit, Vult. in proleg. de studio ju. p. 44. illo prudens Advocatus, hoc iudex inclarescit.

22. Externus est justitiæ universalis Exercitium. 1. enim eo Justin. Nov. 69. collimare videtur. 2. Amplitudo legum, de variarum virtutum exercitio latarum, id evincit, quid enim sibi voluerunt leges sumptuariae, de quibus Alex. ab Alex. lib. 3. gen. die. Valent. Forst. lib. 1. Hist. jur. Romani, cap. 25. & 27. quid Censoria, de quibus Fenestella de Magist. & Sacerd. Rom. quid ll. de liberalitate & fortitudine & temperantiâ, quas allegant Bolognetus & Angelus Mattheacius &c. 3. Idem Praeceptorum juris generalium latitudo planum facit 4. Huic opinioni applaudunt Philosophi, Arist. lib. 5. Nicom c. 3. Piccolo. g. 4. c. 30. Conimb. comm. in lib. Nicom Diss. 9. & Iti nobiles Ehemius lib. 5. de princ. jur. cap. 6. Hopperus lib. 1. de arte juris. Hun. sup. Treutl. Diss. 1. &c. dissentiunt v. Schn. Inst. de j. & j. Treut. vol. 1. disp. 1. Cor. de arte jur. p. 1. c. 23. &c.

23. Minuspr. varii esse possunt, singulariter Bona fortuna, vid. Honor. S. ult. pro. Inst. gloria publica, de qua prolixè Pet. Greg. de jur. Arte c. 34. opum abundantia, quæ tamen usq; adeo non est attendenda, ut cum Angelo Matth. lucri cupiditas, finis Iurisp. Externus statuatur: arti enim non est affricandum, quod quorundam Artificum est, hanc vel illam juris materiam lucrosam esse vociferantium.

24. Ex

24. *Ex his prodit talis Jurisp. definitio, Jurisprudentia est habitus activus civilis, in practico hominis politici intellectu, virtutem, secundum legum praescriptum, consulendi & decidendi eliciens, quò actiones hominum politicas, ad aequalitatem reducere possit, ut justitia universalis in Rep. jugiter floreat. Hujus definitionis soliditatem asserere supersedeo, cum quisq; tyro perspectum habeat, illam definitionem habitus perfectam esse, quæ genere, objectis & finibus legitimis constet: Hac, ceu cuiusvis resolventi, patescet &c. Ergo: hoc saltem subjicere placet, nos bono consilio ad evitandam κακοφροσίαν pro voce Prudentiae voces habitus activus &c. eandem rem exprimentes, usurpasse, reliquorum definitiones vix descriptionis nomen merentur, namq; genere & differentia destituuntur, aliisq; vitiis, à quibus eas ingeniosus conatus Christo, Ehem. lib. 6. princ. jur. c. 2. liberare nescit, graviter laborant, nae existimarim plerosq; habitum Jurisp. definire noluisse, sed systema sive artem juris, aliàs tanti Viri adeò non exorbitassent.*

25. *Definitionem divisio Jurispr. in species excipit, quã triplex constituitur, Privata virtutem secundum ll. privatas rectè consulendi & decidendi &c. Publica secundum ll. publicas. ut status Reip. sartus tectus maneat, feudalis secundum ll. & consuetudines feudales, ut mutua inter Dominum & Vasallum obligatio conservetur, eliciens. Harum specierum non eadem indoles est; prima enim privata, docendi causa, & ratione objecti externi dicta, est species principalior, tum ratione naturæ, tum usus & effectus: reliquæ secundariae, quia primæ cognitionem præ requirunt, & ab eadem principia generalia mutuuntur, ut taceam Jurisprudentiam publicam, à politicâ speciali parum distare, eiq; saltem juris respectum superaddere, atq; hæc causa est, quod natura Jurispru. præcisè considerata, maximè in specie principali conspicua sit, eiq; quæ hic dicuntur, commodissimè*

simè applicari queant: at manum de tabulâ, nervosius suo hæc tempore consideraturi.

26. Demum cognata & opposita Jurisprudentiæ dispicienda: Cognata varia proferri possent, omnes nimirum habitus mentis, quibus ratione principiorum primorum subordinatur, namq; legum rationes, ab omnibus disciplinis mutuatur, unde Scrib. illam toti Encyclopædiæ subalternari asserit, nos duo potissimum agnoscimus Jurisperitiam, & Nomotheticam sive legislatoriam, quæ promiscuè & vulgò pro ipsâ Jurisprudentia accipiuntur, Jurisperitia sive nuda quædam ll. cognitio, primâ fronte Jurisprudentiæ, quâ principia, finem & effectus persimilis apparet, adeo ut sublimis Philosophus Zabarella fascinatus, eam ipsissimam Jurisprud. esse arbitretur: at si penitus illam intueamur, prorsum aliam à Jurispr. esse deprehendemus, si absolutè quâ infelicitè exercetur spectamus, simia Jurisprud. est, quia id affectat, quod Jurispru. realiter præstat, ac à Jurispr. essentialiter differt. 1. Forma, hæc prudentia est; illa peritia simplex. 2. Subjecto, hæc in Intellectu; Jurisp. in memoriâ sedem habet. 3. Effectu, hæc semper præcavet & sanat Reip. vulnera, nunquam infligit, nisi ex accidente, Jurisperitia ut plurimum incautè procedendo, infligit, nunquam præcavet & sanat, nisi ex accidenti &c. Si respective in ordine ad Jurisprud. eam causæ propinquæ Jurispr. (quæ ab effectu toto genere distare potest) accensemus. Nomothetica, quam Plato βασιλικὴν sive αὐτεπτακτικὴν Arist. ἀρχιτεκτονικὴν appellat, Jurisp. affinis est forma generali, utraq; enim prudentia est. 2. Subjecto, utraq; in practico intellectu est. 3. Fine externo utraq; intendit, ut justitia universalis vigeat: ab eadem verò discernitur. 1. Fine interno, nomotheticæ enim est, leges condere; Jurisp. latis legibus in consiliis & earum decisionibus uti. 2. Principiis proximis: illa pro principio proximo rectam rationem habet, Jurisp. leges latis, 3. Affectio-

B

ne;

ne, illa est principalis, haec ministerialis &c. Hic incidenter
duae quaestiones instirui possunt. I. Qualis Habitus Nomotheticae
sit? R. Non est distinctus à Politicâ, sed ad eandem, ceu pars po-
rior reducenda. Num Jurispr. Nomotheticae sit subalternata?
R. Non propriè, quia subalternatio in scientiis saltem locum
habet, ut Philosophi demonstratum dant, sed impropiè & per
analogiam quandam, ei subalternari videtur.

27. Jurispr. quasi contrariè opponuntur ἀνεπίδο-
ταίον summum jus, & οὐνοφάντια, calumnia. Summum
jus aequitati adversum est, ac in omni negotio, idem sine tempe-
ramento exigit, hinc si nimis ex acuas in injuriam degenerat, ut
probat latè Tuldenuus lib. 3. de princ. jur. c. 1. 2. 3. Calumnia
verba & legum sententiâ subvertere annititur, quam temerita-
tem vera Jurispr. execratur, confer. l. 29. ff. de ll. l. 19. ff. ad ex-
hibendum. l. 177. V. S. l. 5. C. de ll. &c. unde Alciatus praëcla-
rè; gravi Viro & Advocato non convenire cavillationibus in
causarum defensione uti. Exinde porisma elicitur: Quicumq;
legem corrumpunt, ejusq; sententiam studiosè occultant, non Icto-
rum sed Sycophantarum nomen reportant, conticescat igitur vul-
gi vox, ΙCros malos esse Christianos: neq; in Orbe literario vox
Magni Scaligeri audiatur; Jurisp. ex matronâ factam esse me-
rettricem, ex Regina Tyrannam, ex Matre Novercam: quan-
doquidem scelera Artificum (pseudo quorundam ΙCtorum) Arti
(Jurispru.) & veris artis filis, (ΙCtis præscriptum ll. sequenti-
bus) nunquam naturam genuinâ exuentibus, inurenda non sunt.

28. Quae sit Habitus Jurisp. Natura vidimus, jam quae
systematis, quàm brevissimè lustremus. Quod ut cōmodè fiat, certis
rem cancellis includemus, consideraturi. I. An juris systema
concinnari possit, vel ut Ehemius lib. 7. de princ. jur. cap. 17.
quaestione in format, utrū jus civile, ordine & methodo certâ con-
scribi doceriq; an verò nullis artis finibus circumscribi, sed for-
tuito discitantum possit, ac debeat. 2. Quid sit juris systema.
3. Quo

3. Quo ordine tradendum. 4. Quomodo generalissimè dividi possit. 5. Quâ ratione singularum partium materiae speciales tractandæ. 6. Quis usus curatè elaborati systematis foret?

29. I. Systema Jurisp. logicè conscribi potest. 1. quia omnes res cognoscibiles, ad generalia quaedam præcepta, Logicae ductu, redigi queunt. 2. quia Politica, quæ Jurisprud. augustior & amplior, systematicè tradi potest, con. EHem. l. 7. de p. j. c. 17. & 18. Cautela. Systema omnibus numeris absolutum in hâc fragilitate vix sperandum, ac benè secundum quid perfectum, cujus beneficio, rectâ ad finem Jurispr. grassari liceat.

30. II. Systema Jurisp. est compages præceptorum Juris logicè dispositorum, ad consulendi & decidendi facultatem eliciendam. Analysin hujus descriptionis, cuius Tyrone obviâ, instituere tædet; duo obiter adijcere placet. 1. Cujusvis Systematis practici præcepta ita ordinanda, ut ad praxin eliciendam dirigantur. 2. Definitionem Jurisprudentiæ Vult. l. 1. I. R. c. 1. S. 1. Albu. l. 1. Dico. c. 1. n. 1. dextre explicatam, huc quodammodò trahi posse.

31. III. Systema Jurisp. ordine Analytico proponendum. Omnis habitus practicus ordinè Analytico tradendus, qui proposito fine agendo, vel efficiendo à nobis, progreditur ad prima principia indaganda, per quæ finis ille postea produci & comparari possit, vel ad media, quæ ad propositum finem conducant. Ibno Rasched. sive Averhoes, Zabar. lib. 2. de met. cap. 9. Sed Jurisprudentia est habitus practicus. Ergo.

32. IV. Si latitudinem habitus Jurisp. ac principiorum medioremve, jurium nim: sive legum ad finem Jurisp. internum ducentium, earumq; qualitatem, ab objecto cui applicantur acceptam, intueamur, Systema Jurispru. triplex constituere cogimur, Privatum, Publicum & Feudale, de primo ut

principaliore hâc vice solliciti erimus, de secundo & ultimo suo tempore & loco acturi.

33. Privatum vel est Generale, vel Speciale.

34. Generale vel est absolute tale, vel comparative sive comparate, ratione jurium particularium: illud de legibus apud omnes populos Christianos peraeque communibus, hoc de legibus Romanis cum aliarum gentium juribus collatis agit, ac unice hic delineabitur. Quæritur num systema sive jus absolute generale dari possit? Actum non esse, diversissima omnium regnorum & statuum liberorum jura planum faciunt, posse autem constitui nullus ambigo: quandoquidem fieri posset, ut omnium Principum Orbis Europæi consensu & ratificatione, commune jus omnibus usurpandum conscriberetur, vel Magnus aliquis Monarcha orbi illucesceret, qui omnes gentes sub jugum redactas, vel autoritate suâ percussas, unum idemque jus recipere cogeret. ulterius sciscitari posses, num generi humano hoc conducibile foret? omnino, ejus enim heroicæ actionis fructus essent, facilior legum cognitio, explicatio, applicatio, rixarum diminutio, & expedita justitiæ executio &c. Jus Romanum quidem seu Justinianicum considerantes, illud Justiniano rerum potiunte, generale fuisse apparet, quippe omnibus gentibus ejus observantia imperata, rubr. de con. ff. ac ab omnibus receptum fuit: hodie secundum quid generale dici potest. 1. Quia aliorum jurium scaturigo. 2. Generalia omnium jurium principia continet. 3. reliqua jura hujus terminis utuntur. 4. In omnibus terrarum Aca- demis prælegitur & commentariis illustratur. 5. Omnes populi humaniores, jmo ipsi Turcæ (Busio referente) ob æquitatis vim, comiter venerantur, idcirco omnibus quoque æquitati faventibus, curæ esse debet.

35. Generale secundum quid dispescipoteft, in partem communem & propriam.

36. Com

36. Communis est, quæ ll. Romanarum naturam explicat.

37. Est vel absoluta, vel relata.

38. Absoluta est, quæ de ll. citra respectum ad iudicium agit.

39. Relata, quæ leges, quæ in iudicium deducuntur, explicat.

40. Propria est, quæ legum usum sive praxin in negotiis civilibus, sive casibus emergentibus ostendit.

41. Speciale est, quod leges Provinciales & Municipales, quibus certæ Provinciae & civitates, ad justitiam universalem assequendam utuntur, explicat: Hujusmodi systemata, eodem quo generale dividenda, subdividenda, tractandaq; modo sunt, quod Alst. ferè solus in Encycl. vidit, cujus hæc videtur esse ratio, quod jura specialia, non tantum conceptu generico cum jure generali conveniunt, sed etiam ab eodem principia cognoscendi accipiunt, idem objectum concernunt, ad eosdem fines, iisdem mediis, ratione circumstantiarum saltem variantibus, tendunt! hinc penè astruxerim, Habitus jurium specialium, ab habitu jurispr. generalis specie non distingui, sed eidem accidentalem saltem, à circumstantiarum varietate conciliatam, differentiam superaddere; atq; hæc vera ratio est, cur habitu Jurispr. generalis præditus, tam feliciter, tam facile jurium specialium cognitionem adipiscatur.

42. V. Materie singularum System. Jurisp. partium hoc modo tractandæ sunt. 1. Generalia & facilioris cognitionis, specialibus & difficilioris indaginis præmittenda. 2. Homogeneæ conjungendæ, ac ab Heterogeneis materiis segregandæ. 3. Definitiones, Divisiones, Canones jus antiquatum & obsoletum strictissime ac quasi perfunctorie, jus verò adhuc hodie in viridi observantiâ existens, accuratè & solide explicantes, proponendi. 4. Comment. his subjiciendus, qui 1. Obscuritatem illabentem

illustret. 2. Soliditatem eorum confirmet. 3. Controversias nobiliores & utiliores, tam Theoricas, quam Practicas strictim decidat. 4. Jurium specialium, praesertim ejus Provinciae, in qua quis vitam degit, discrepantiam à jure communi, nervosè indicet. Quotuscumque, verò non intelligit, hujus farinae systema, non ab uno homine etiam *J. Crisimo*, sed à toto aliquo collegio concinnandum esse, in quo quidam essent egregij didactici & Philosophi, quidam subriles Legistae & Cujaciani, qui ab incunabulis, indefesso studio, varias Juris Romani editiones, Pisanam Florentinam &c. perlustrassent, varietatem lectionum cognovissent, antiquorum fragmenta pervolvissent, omnem denique antiquitatem Romanam, ex Historiarum Romanarum sedulâ lectione percepissent &c. Quidam insignes Practici, qui perperuò in Dicasteriis versati fuissent; quidam demum eximij Politici, qui variorum hominum mores vidissent, qui jura publica & privata diversarum gentium callerent, adeoque *το πρᾶκτον* in omnibus observare possent.

43. VI. Usus hujus systematis longè maximus foret, si quidem is, qui à docto & methodico aliquo Professore juris, Institutiones probe percepisset, ac cursim, methodo ab ingenioso aliquo *J. C.* acceptâ, Digestorum, Codicis, & Novellarum volumina exiguo temporis spatio peragrasset, accuratorem eorundem, & Interpretum, tum antiquorum, tum novorum lectionem instituens, ad hoc, quicquid in iis, tractatibusve de singularibus materiis juris conscriptis, dignum observatu reperiret, quicquid audiendo & practicando assequeretur, ceu ad locos communes referre posset, quo labore memoria mirifice juvaretur, judicium convenientiâ & differentiâ jurium roboraretur, omnis confusio nis querela sisteretur, ac natus nobilissimae facultatis habitus acquireretur.

44. Tanculum de praecog. *J. P.* utilibus, quae sine systematis practici Detrimeto omitti possent, necessario obj. operatio.

rationis & fines (thes. 9. & seq. demonstrati) specialiter præ-
cognoscendi sunt; illud quia in ignoto αλογως operatio insti-
tuitur, neq; operationis ratio, incognito subjecto, constare potest;
Hi, quia metae & cynosurae sunt, ad quas media sive præcepta ha-
bitus cujusq; practici diriguntur, vide sis, quæ Phil. de meth. Anal.
natura memoriae tradiderunt.

45. Obj. tum Internum tum Externum I. P. uberius
explicandum 1. Generaliter. 2. Specialiter. Generaliter,
quod capax sit finis sive operationis quæ intenditur, v.g. quod in-
tellectus practicus δυνάμιν sive potentiam naturalem recipiendi
virtutem consulendi & decidendi habeat, quod actiones hominum
civiles ad æqualitatem reduci possint.

46. Specialiter quoad partes, sive materiale & for-
male. Materiale obj. interni, est intellectus practicus homi-
nis politici. Intellectus practici natura, affectiones, ac ab intel-
lectu Theoretico differentia, è philos. theor. penus de promenda
est. Hominis Politici descriptio generalis, & proprietates,
è scriptis Politicorum perfunctiorie saltem cognoscendæ sunt.
Externi sunt hominum quorum vis actiones. Ut hujus latitu-
do quadantenus pateat. 1. Hominum distinctiones variæ, se-
cundum statum naturalem, quæ homines, & civilem, quæ perso-
ne audiunt, explicandæ, vid. brev. ergo Vulte. lib. 1. J. R. 2.
cap. 4. usq; ad 10. 2. Actionum civilium divisiones variæ, à qua-
litatibus earundem petitæ, ex philosophiâ practicâ, leviter repe-
rendæ sunt,

47. Formale Obj. inter. est intell. practicus, quæ secun-
dum jus, sive ll. Romanas consulere valet. Hic operæ pretium
erit, de legibus distinctis articulis tractare. Primus sit, de defi-
nitione legis in genere, quæ regula faciendorum vel omittendo-
rum dicitur, aut regula practica, quæ regit voluntatem, & appe-
tum hominis, ac ad obedientiam sibi debitam terminative obligat.
ff. de ll. & Sc. l. 1. 2. De divisione juris, quæ aliud est natura-
le pri-

le primarium (quod καὶ ἐξ ὧν naturale) & secundarium, (quod
jus gentium dicitur) aliud positivum, divinum & humanum 3. de
principiis juris Humani, quæ vel sunt prima, vel orta à pri-
mis, prima sunt principia practica, sive propositiones generales
de honesto & turpi, homini divinitus impressæ, quibus Intelle-
ctus & ratio humana, sine ullâ probatione assentitur. Orta à
primis sunt tria illa celebratissima juris Præcepta, honestè vi-
vere, alterum non ledere, unicuiq; suum tribuere, quæ infiniti
explicarunt, vide post alios, Tuld. lib. 1. de princ. Jur. cap. 6.
4. de efficiente externa, quæ est persona habens potestatem
& obligationis, & coactionis Rom. 13. v. 4. 5. de distributio-
ne juris humani in absolutum quod strictum jus, & restrictum,
quod æquitatis nomen obtinet, atq; hic æquitatis natura, divisio,
proprietas, & effectus ob in signem in praxi utilitatem, distin-
ctè exponenda essent v. Bolog. tract. de æquit. Tuld. lib. 3. de
princ. jur. c. 1. 2. 3, Oldend. in libel. de jure & æquit. Con. lib. 1.
comm jur. civ. cap. 11. Gyph. ad l. 90. ff. de R. I. & c. 6. de affe-
ctionibus legis, quæ vel sunt absolutæ sive internæ, vel respe-
ctivæ sive externæ. Absolutæ sunt bonitas quâ lex non illicita
sed licita objecta præcipere debet, efficacia quâ & vi ostensi-
vâ, obligativâ & coercitivâ prædita est, utilitas de qua Plat.
l. 4. de ll. Arist. 5. Polit. c. 8. Respectivæ vel sunt perfectivæ
vel corruptivæ. Perfectivæ sint Interpretatio, & fictio l. 2. § 5.
de Or. Ju. Interpretatio. 1. Est majestatis. 2. Magistratus. 3.
Fictorum. Est vel naturalis, vel civilis, quæ vel extensiva, per
quam verba legis extendimus & producimus ad casus similes, l. 12.
ff. de ll. vel restrictiva est, per quam verba legis ex sententiâ,
seu ratione angustiori restringuntur, quoties scil. legislator ge-
neraliter quidem locutus est, sed minus voluit, quam expressit,
de qua nobili materia, videantur Soto lib. 1. de just. & jur. q. 6. Bo-
log. cap. 34. Steph. de Phedericis Brixensis, tract. de interp. ll.
Covar. in c. cum esses, ext. de testam. Lud. Mol. de just. & jur.
tom.

20m. 1. tr. 2. diff. 81. Don. 2. Com. c. 13. Alch. lib. 1. Dicaol. c. 16. 17. &
plures alij. Fictio vel inductionis, vel privativa est, Corr. p. 3. c. 3.
de jur. art. Bart. in l. si is qui. ff. de Usuc. Alt. l. ci. remissive.
Corruptivæ sunt Correctio & Abrogatio, illa quantitatem &
qualitatem legis, hæc substantiam spectat; quæ causa & forma
utriusq; esse debeant, ubertim Politici deducunt.

48. Formale objecti externi, sunt actiones civiles, quæ
in illas æqualitas introduci potest, ubi modus introductionis pau-
cis delineandus & exemplis illustrandus esset. & c.

49. Finis Jurisp. tam interni quam externi existen-
tia præsupponenda, quidditas verò cognoscenda est:
illa non tantum ob rei evidentiam (quis enim non perspectum ha-
bet, revera habitu Jurispr. imbutum, probum de questione juris
vel facti consilium dare, ac legitime vel illegitime, sive secundum
leges vel contra leges quid patratum esse decernere, quis inficia-
bitur quoq; in totâ aliquâ Rep. omnes virtutes conservari posse)
verum etiam quia incassum inquirerentur media, pro finis impo-
sitione, si nullus finis esset, vel obtineri haud valeret.

50. Quidditas finis interni satim patecet. 1. confuse
si quid consulere & decidere, quidve consilium & decisio sit, ex-
plicetur: Consulere est informare aliquem de jure suo, ac quo-
modo illud tueri debeat, docere, consilium est ἐνεργητικὴ ab actu
consulendi sive ἐνεργητικὴ prodiens, sententia nimirum de jure du-
bio, ut cuiusvis jus suum salvum maneat. Decidere est, quid legi-
time vel illegitime factum decernere, ἐνεργητικὴ inde resultans est
decisio, decretum sive sententia, negotij qualitati justè conveni-
ens, ne unquam sancta justitia periclitetur: illud igitur eò colli-
mat, ut justitia in statu suo conservetur, hoc, ut si ab eo mota, re-
stituatur. 2. Distinctè si prolixè exponantur: Efficiens sive
quis consulere queat, num promiscuè cuiusvis Leguleio potestas hæc
concedenda, an ij tantum, qui fiduciam studiorum suorum habent,
scâ Magistratu probati, admittendi arg. S. 8. Inst. de jur. N.

G. & C. materia, de quibus consilium detur! forma, quomodo
consulendum! finis, quo consilium dirigendum! affectiones
boni consilij & f. Cui consulentis requisita, quæ eluxerunt in Ser-
vio Sulpitio, si veræ sunt laudes, quibus à Cicerone decoratur!
demum convenientia & differentia Consilii & decisionis.

51. Quidditas finis Externi cognoscetur, si definitio ejus
proferatur. Est autem justitia universalis, virtus cujus bene-
ficio omnibus legibus obædientiam præstamus, ut ex earum præ-
scripto reliquas omnes virtutes colamus. Hujus indoles altius
ponderanda esset, partes, objectum, opposita & differentia à vir-
tute collectivè sumptâ explananda forent. vid. Interp. Arist.
sup. 1. c. 5. Nicom. 3. lib. 4. Eudem. Plat. lib. 4. de Rep. Ehem.
tot. lib. 5. de princ. jur. & c. & c. Hæc quoq; definitio justitiæ, quæ
princ. tit. 1. de just. & jur. Instit. & ff. proponitur, referri po-
test, si tò unicuiq; suum tribuere, præcisè & generaliter, ut tam
seipsum quàm alium respicit, accipias. Tho. 2. 2. quæst. 58. art. 11.

52. His præcognitis, rectâ progrediendum est ad
præcepta, quæ media ad finem jurispr. obtinendum conducentia,
sive jura & leges Romanas exhibent. Horum diversa con-
sideratio, distinctas systematis Jurisp. partes, generalem
& specialem facit. Generalis est quæ in genere de ll. Roma-
nis agit, ac distinctè expendit 1. ll. Romanarum originem. 2. Di-
gnitatem. 3. Partes juris Romani, tum antiqui in fragmentis
quibusdam, ceu ll. Regiis, 12. tabul. & à diversis Magistratibus
latis consistentis, tum novi in quatuor potissimum volumina, In-
stitutiones, Digesta, Codicem & Novellas, distincti. vid. Interp.
super tit. ff. de orig. Juris. Forst. de Histor. Jurisp. Rom. & c. & c.
confer Alst. Encycl. lib. 26. s. 2. c. 3 4. 5. Nos hæc tum ob facili-
tatem, tum ob temporis brevitatem delineare nolumus. Specia-
lis est, quæ leges Romanas specialissimè pertractat.

53. Hæc ob diversum ad finem I. P. respectum, duplex
est: Communis & Propria. Communis ll. constitutionem,
designa-

designacionem & explicationem exhibet, propria quomodo tunc generaliter, tunc specialiter, secundum cuiusq; loci indolem eis utendum sit, docet.

54. Communis cum fine I. P. collata, in duas (docendi causa) itidem partes, absolutam & relatam distribuitur; illa de legibus citra respectum ad iudicium agens, ceu remotior a fine, prius consideranda, haec de directione earundem in iudicio, ac propius ad finem accedens, postmodum explicanda.

55. Absoluta respectu objectorum, subdividitur in duas quoq; partes, quarum. i. de iure Personas, altera res concernente, agit.

56. Jus personarum est, quod de personis est constitutum, illasq; immediatè & proximè attingit.

57. Hoc in potestate proximè se exserit.

58. Potestas vel absolutè, vel relatè, quâ foras prodit, consideratur.

59. Absolutè est potestas sui ipsius, s. libertas corporis vel animi faciendi, tractandi, agendiq; quaecunq; jure naturali sunt concessa, nisi in specie quid prohibeatur, vid. brevitatis causa, Don. com. jur. lib. 2. c. 8. Alth. lib. 1. Dicaeo. cap. 25. & 26. remis. Conn. libr. 2. com. I. C. cap. 11. de ingenuis.

60. Relatè est jus personæ in personam, quo una præ est, altera subest.

61. Est vel Publica vel Privata, conf. l. 215. ff. V. S. Petr. Greg. lib. 11. syn. cap. 2. m. p. 213.

62. Publica vel est Ecclesiastica, vel Politica.

63. Ecclesiastica est, potestas curam habens sacrorum & religionis, de hac propriè Theologi agunt, & jus canonicum, s. Pontificium, v. breviter vult. lib. 1. l. R. c. 11. prolixè & ad ravim. Petr. Greg. Thol. lib. 15. 16. 17. syntag. juris.

64. Politica est, potestas curans negotia civilia publica, ad vitæ huius usum pertinentia. Hujus potestatis forma,

quâ exercitur, Relatum sive Efficiens, qui exerat, & Corre-
letum sive objectum, in quem exeratur, cognoscendum.
Forma est jurisdictio, cujus natura tum nativa, quâ ab im-
perio discriminatur, tum adulterina ab Interpretibus ei affri-
cata, divisiones, tum è genuinâ indole ejus resultantes, tum ab
Interpr. veteribus ac recentioribus excogitatae, Iustrandæ, la-
tissimè Interp. ad tit. 1. lib. 2. ff. de jurisdictione. Arum. vol. 2. disp.
6. 7. Paurmeist: Boc. de jurisd. Camill. Borellus summa dicesi-
onum, tom. 1. tit. 41. in folio. Berl. tom. 1. c. 1. & 2. Vult. l. 1. 1. R.
c. 12. 13. 14. Alth. l. 1. Dicæol. c. 33. Efficiens est Magistratus,
qui vel summus, vel à summo constitutus, de quo consulantur
Politici & cit. lo. Vult & Alth. Objectum est subditus,
cujus formale subjectio scil. publica onera, sive personalia, sive
patrimonialia declinare nequit, nisi immunitatem habeat, eâq;
uti velit. conf. Int. super tit. 4. lib. 50. ff. r. 40. lib. 10. C. tit. 41.
C. ejusdem lib. tit. 5. lib. 50. ff. tit. 43. li. 10. C. r. 45. 47. l. 10. C.
Heig. 1. q. 17. Crav. conf. 583. Wes. con. 40. Verum ita in hac
materia versandum, ne limites juris privati transiliamus.

65. Privata (quæ est singulorum in singulos, Lagus in
meth. sub rubr. divis. pot.) vel est Domestica, vel admini-
stratoria, vel moderatoria.

66. Domestica gradatim descendens quadruplex est:
1. est Dominica, quâ Dominus servos moderatur, queis statu
liberi, & adscripticii adjunguntur, vid. com. sup. 3. 4. 5. 6.
7. 8. L. 1. Instit. super tit. 7. L. 40. ff. cuj. ad tit. C. de agric. &
cens. Conn. eom. jur. Civ. lib. 2. c. 1. 2. 3. 10. Thol. L. 14. syn. c. 1. 2.
3. 4. Besol. in præl. ad Pand. de just. & jure. 4. q. 1. in tract. de
trib. dom. specieb. Disp. 1. cap. 5. Quoniam autem prisca ista ser-
vitus, jam ab Anno 1250. sublata est, non operosi esse cogimur,
in explicandis veterum tricis, sufficit ea observasse, quæ per ana-
logiam quandam servis & mancipijs nostris applicari queunt,
legatur tract. Joh. Frid. Husani de propriis hominibus.

67 II. EST

67. II. Patronorum, quam Patroni in libertos, id est manumissione ex servis liberos factos, sibi vendicant, conf. Inter. ferè super tot. lib. 40. ff. 7. C. à princ. usq. ad tit. 25. In specie super tit. ff. & C. de jure patronatus. Conn. lib. 2. cap. 4. & seq. Huic affinis est potestas Clientelaris, Dominis protectoribus, in Clientes competens, vide Alch l. 1. c. 31. remiss.

68. III. Est Patria, quam Pater in suos liberos legitimos habet, de qua vid. Alch. l. 1. c. 30. Hujus constitutio & dissolutio consideranda, l. ult. ff. de ll. Illam constituunt Natura, Nuptiarum, & lex legitimationis & adoptionis beneficio, de quib. infra in suâ genuinâ sede dicendum est, dissolvunt itidem Natura & Lex l. 25. ff. de R. I. illa morte naturali; hæc morte civili, dignitate jure expressâ, Emancipatione, Adoptione & c. vid. Int. tit. 12. l. 1. Instit. t. 47. lib. 8. C. Thol. l. 11. synt. c. 5. 6. 7. 8. 9. & c. Vult. l. 1. f. R. c. 17. Con. l. 2. C. f. cap. 13. 14. Don. lib. 2. c. 20. 25. 26. 27.

69. IV. Est Maritalis, quam Maritus in sibi subjunctam uxorem habet, v. Alch. lib. 1. c. 29. Pet. Greg. l. 11. c. 4. Tiraq. de. ll. connub. Can. Uxor fori, domicilii, dignitatis & familia mariti particeps fit, eo etiam donato, si vidua permaneat, & honestè vivat.

70. Administratoria, est Curatoria & Tutoria, quæ duxus considerantur, absolutè, & relatè, quatenus administrantur, hoc respectu quasi contractibus accensentur, illo hic tractanda essent, & expendenda utriusque definitio & divisio, convenientia & discrepantia. vid. Instit. à tit. 13. usq. ad finem. lib. 1. ff. 26. & 27. lib. passim. C. à. tit. 26. usq. ad finem. 5. lib. sparsim. confer. Petr. Greg. lib. 12. synt. c. 1. 2. 4. 7. 8. 9. 10. & c. lib. 13. c. 1. 2. 3. Don. lib. 3. com. ferè toto, Paul. Christinaei pract. quest. decis. vol. 3. decis. 146. & seq. Hodie ex notoriâ consuetudine, tutela & curatela ferè coherent, attamen tutores, illâ consuetudine non obstante, finitâ per pubertatem tutelâ & rationibus redditis, illam deponere & adulto curatorem petere possunt, ut notat Geil. 2. obs. 96. 70. Mo-



71. Moderatoria est, quæ convenit propinquis minorum, & Præceptoribus, C. de emend. propin. conf. Don. l. 3. c. 24. Alch. l. 1. c. 31. n. 15. Reg. Præceptoris nimia severitia culpæ adsignatur. l. 6. tit. 2. ff. 7. lib.

72. Ita jus personarum delineare placuit, quod jus rerum excipit, cujus objectum, & divisio à modo quo objectum respicit petita, expenditur. I. Obj. sunt res, quarum appellatione cætera omnia, quæ non sunt persona aut actiones, intelliguntur; namq; hic *ἡ ἀνομιμία* sumitur vox Rei, & duplicem usum habet; aut enim significat juris subjectum, aut ipsum jus, sive causam propter quam aliquid alicujus est, Gedd. ad l. 5. & 23. V. S. Res in primo significatu, ratione substantiæ in corporales, quæ mobiles vel immobiles sunt, & incorporales, quæ vel quantitatis, ut res fungibiles, vel qualitatis, ut jura, tit. 2. l. 2. inst. dividuntur: ratione subjecti acquirentis, res vel sunt in patrimonio nostro, vel extra patrimonium nostrum. §. 1. J. R. D. Patrimonio nostro eximuntur, quedam Natura, ut non Entia, impossibilia, vel physicè, vel legaliter, l. liber-
tas R. J. quedam lege, sive jure, tum publico, tum commu-
ni. publico commercium effugiunt, res sacra, religiosa, sancta,
publica specialiter sic dicta, §. 2. 3. & c. J. R. D. communi, aër,
aqua profluens, §. 1. J. R. D. In patrimonio nostro esse dicuntur,
quedam actu, quedam potentia, ut res vacantes, tum reipsa,
tum præsumptione juris, ut thesaurus. Wes. par. ff. de R. D. vid.
latè Alch. lib. 1. Dicaol. c. 1. 2. 3. 4. & c. 20. 21. Vult. l. 1. I. R. c. 62. 64.
65. 66. conf. Cöppen. 1. obs. 60. Besol. in tract. de R. D. cap. 1. 2. 3. 4. 5.
Tholos. l. 1. cap. 1. 2. 3. 4. & 14.

73. II. Jus rerum dividitur in jus in re, & jus ad rem. Jus in re (definiente Lud. Moli. t. 1. de l. & l. tra. 2. dis. 2.) est jus circa rem aliquam, ad quod res ipsa est devincta.

74. Hujus duo sunt capita palmaria: Primum est de possessione; alterum de Dominio. Possessionis primo definitio. 2. divisiones. 3. acquirendi, conservandi ac amittendi modi tradendi.

75. I. Pos-

75. I. *Possessio generalissime est usus Rei licite l. 115. de V.S. con. Alciat. Gedd. ibi.*

76. II. *Possessio vel est vera, vel quasi; illa ratione objecti, vel est propria, vel impropria. Propria est rerum corporalium, impropria incorporalium. Utraque ratione formae vel est naturalis, qua quis rem citra jus & affectionem Domini possidet, vel civilis, qua affectionem Domini adversus rem possessam habet: ratione adjuncti, vel est bonae, vel malae. unde celebris in jure distinctio possessoris bonae, & malae, emersit, cujus usus in multis juris articulis est conspicuus, imprimis in doctrina praescriptionum, impensarum, & fructuum. Quasi possessio est detentatio rei, quae est nudi facti, hinc eam habens, non possidere, sed esse in possessione dicitur.*

77. III. *Possessio vera acquiritur ordinariè apprehensione, corpore & animo, sive voluntate rem habendi facta; conservatur solo animo, amittitur invito casu, facto hominis, judicis decreto &c. spontè solo quoque animo, etiamsi corpori rei adhuc incumbat, quippe hoc casu ex possessione fit detentatio vid. plenè Vult. l. 1. l. R. c. 67. Alch. l. 1. Dic. c. 19. lib. 2. c. 13. Don. lib. 5. c. 6. 7. & seq. Thol. l. 1. c. 13. Wes. & Inter. super S. 5. t. 15. l. 4. Inst. tit. 2. lib. 4. ff. tit. 32 lib. 7. C. Merendam l. 2. cont. c. 16. 17. 18. & seq. Tirag. in tract. de jure constit. poss.*

78. *Dominium nihil aliud est, quam jus rectè domi- nandi cuique rei, Domini capaci. Gedd. l. 49. V.S. Ax. 1. p. 165.*

79. *Dominium ut genus κατὰ τὸ εἶδος ἢ κατὰ τὸ ἔργον ἢ κατὰ τὸ ὄνομα s. ut Arist. loquitur εἶδος ἔν, dividitur, in Dom: Proprietatis sive rerum corporalium, & Juris, sive rerum incorporalium, servitutum, actionum &c. Ged. l. 29. V.S. remissivè, illud principalem, hoc secundariam Domini speciem constituit. Hinc patet cur jus nostrum & Interpretes de dominio simpliciter loquentes, Dominium proprietatis intelligant, nimirum Analagon stat pro suo significato famosiori, cur Domini natura in proprietatis evidens*

evidentius conspiciatur, scilicet genus analogon, naturam suam
principali speciei πρώτως communicat.

80. Dominiij proprietatis acquisitio & amissio
consideranda, v. l. ult. de ll. Acquisitio (ratione efficientis) vel
est naturalis, vel civilis. Naturalis triplex est, appre-
hensio, quæ in occupatione & traditione consistit; Accessio,
quæ est vel naturalis vel artificialis, & specificatio, quæ in
commixtione & confusione visitur. v. latè Interp. super l. tit. l. 2.
In. 1. tit. ff. 41. Thol. lib. 20. syn. Conn. lib. 3. c. 3. & seq. Alc.
lib. 1. Dic. c. 36. & seq. Don. l. 4. c. 7. & seq. Vult. l. 1. f. R. c. 70.

81. Acquisitio civilis (ratione objecti) vel rerum uni-
versalium, vel singularum sive particularium est. Domi-
nium rerum universalium, principaliter hæreditate &
Bonorum possessione acquiritur! antiquatos enim modos
arrogationem & bonorum additionem t. 11. 12 l. 3. Inst. relatos,
siccò pede præterire placet.

82. Hæreditas est successio in universum jus, quod de-
functus habuit. Hæreditas sumitur vel pro bonis hæreditariis,
vel pro ipso jure, ut h. l. con. Gedd. l. 178. 208. V. S. l. 59. de R. l.
Bronch. aliosq; ibi. qui jus illud acquirit, sive id fiat hæredita-
tem adeundo, sive ei se immiscendo, heres dicitur, cujus divisio
t. 19. lib. 2. Inst. exponitur! officium verò potissimum est Inven-
tarii confectio l. fin. C. de jure delib. v. Cravettam con. 593.
Thes. quæst. foren. 1. q. 10. &c.

83. Hæreditas defertur, vel juris dispositione, vel
hominis provisione, juris dispositione vel directè, vel indi-
rectè. Directè defertur, vel testamento, vel ab intestato.

84. Testamentum est voluntatis nostræ justa sententiæ
de eo, quod quis post mortem suam fieri velit, l. 1. ff. qui test. fac.
poss. an & quatenus liceat Testatorem blandis verbis ad conden-
dum testamentum inducere, exponunt. H. Pist. 1. q. 29. Thes.
2. q. 99. Wes. con. 165. & 228. Paul. Christ. vol. 1. dec. 301. Reus.
1. con. 17.

85. Testa-

85. Testamentum vel est perfectum, vel imperfectum. Perfectum vel est commune sive regulare, vel privilegiatum. commune est, quod secundum regularis juris solemnitates fit, vel scripto, vel sine scripto, & Nuncupativum salutar §. 14. Inst. de test. ord. con. Schn. ibidem.

86. In reg. testamento (ceus specie principali) spectatur factio, publicatio, & infirmatio. In factioe considerantur personæ, & forma testamenti. Personæ principales sunt, Testator & heres; illius intuitu factio testamenti dicitur activa, quâ quisq; testari potest, nisi vel natura ob morbum animi aut corporis, vel lege, ob status defectum prohibeatur t. 12. lib. 2. l. 1. t. 1. lib. 28 ff. t. 22. l. 6. C. Thol. l. 42. cap. 8. Copp. 1. obs. 106. Paul. Christ. vol. 4. decis. 4. Berl. par. 3. conc. 8. Ex parte heredis factio testamenti passiva nominatur, quæ est jus ex testamento capiendi, quo omnes omnino homines, nisi à lege improbi & intestabiles proclamantur, l. 26. ff. qui test. fac. l. 3. C. de Apost. Nov. 144. fruuntur.

87. Forma testamenti consistit in heredis institutione, testium adhibitione, ac testandi facto. Heredis institutio, est successoris à testatore facta designatio, est vel primaria, quæ fit primo gradu, t. 14. lib. 2. In. t. 5. 7. ff. 28. t. 24. 25. 27. C. 6. vel secundaria, quæ fit secundo vel ulteriori gradu, estq; vel directa vulgaris & pupillaris, vel obliqua, sive fidei commissaria & precaria, vide latiss. Inter. super t. 15. 16. lib. 2. l. 1. t. 6. l. 28. ff. t. 26. l. 6. C. Tholos. l. 42 à cap. 9. usq; ad 29. Alt. l. 1. Dic. c. 47. 48. 49. Conn. l. 10. c. 6. 7. 8. Merendam, l. 4. cont. c. 6. aliosq; &c. Heredis institutioni, Exheredatio opponitur, de quâ vid. Inter. sup. tit. 13. l. 2. Inst. Auth. non licet. C. de lib. prat. Nov. 115. specialia habent Practici, Wes. con. 29. Paul. Christ. dec. Bel. v. 4. dec 18. Cöppen. 1. obs. 132. Bes. Pruck.

88. Testes adhibentur non prohibiti, numero 7. ad id specialiter rogati, animo & corpore præsentés, qui omnes vel per se,
D vel

vel per alium si nequeunt, subscribunt, ac signacula sua, si prae-
sencia sint, apponunt, vid. §. 3. 4. & seq. t. 12. l. 2. Inst. Alth. l. 1.
c. 51. &c.

89. Testandi factum principaliter in eo consistit, quod
unico ac continuo contextu fiat, nisi fortè ex naturæ necessitate
incidat interruptio, Pacius. is verò contextus (docente Vultejo)
tres partes habet. 1. ne actus alienus intermiscetur 2. ut om-
nes, quoad suprema peragatur contestatio, simul maneant. 3. ut
fiat uno eodemq; tempore.

90. Publicatio testamenti est actio, quâ testamen-
tum factum in publicum producitur, v. Interp. sup. tit. 3. l. 29.
ff. tit. 32. l. 6. C. quam missio in bonorum hereditarium possessi-
onem insequitur. C. 6. t. 32. Reg. Publicatio Testam. secun-
dum consuetudines cujusq; loci, mirificè hic variantes, instituen-
da est.

91. Infirmatio testamenti contingit, vel jure ordina-
tio, cum rumpitur, vel irritum fit verè, aut quasi vere, tit. 17 l. 2.
J. t. 4. l. 28. ff. t. 35. lib. 6. C. t. 9. lib. 34. ff. vel extraordinario,
cum querela inofficiosi instituitur, tit. 18. lib. 2. J. t. 7. lib. 5. ff.
t. 28. l. 3. C.

92. Testamentum privilegiatum est, quod ex specia-
li privilegio valet, licet solemnitates, quas jus in testamentis con-
ficiendis præscribit, non fuerint observatae, ceu est. 1. Testa-
mentum militis t. 11. l. 2. J. t. 1. ff. 29. C. 5. t. 21. 2. Patris in-
ter liberos. l. hac consul. 21. §. ex imperfecto, C. de testam. 3.
Rustici in pago existentis, l. ult. C. eodem. 4. Testamentum ad
pias causas factum C. relatum est quod, 11. ex. de test. 5. Testa-
mentum apud acta factum, & Principi oblatum l. omnium 19.
C. de testam. 6. Testamentum Conjugum, in quibusdam locis. v.
Gail. 2. obs. 117. Wes. cons. 44. Bapr. Cæs. in cons. ill. Icc. con.
55. p. 1. Horum omnium distincta cognitio ex peculiaribus tra-
ctatibus de testamentis, ut Reusneri & aliorum haurienda est.

93. Im-

93. Imperfectum Testamentum Codicilli audiunt, qui coram 5. testibus in scriptis, vel vivâ voce fiunt, quibusq; directè hereditas nec dari, nec adimi potest. t. 25. lib. 2. In. t. 7. l. 29. ff. t. 36. lib. 6. C. conf. Thol. l. 43. c. 1. Nicol. Everh. Jun. vol. 2. con. 11. Hic clausula codicillaris celebris est, de cujus effectu vid. Crav. con. 69. & 407. Francis. Viv. decis. 422. aliosq;.

94. Ab intestato hereditas defertur, aliter jure veteri, de quo vid. t. 1. 2. 3. 4. lib. 3. Inst. tit. 16. l. 38. ff. tit. 54. l. 6. C. tit. 57. C. ejus. lib. tit. 17. l. 38. ff. tit. 56. 6. C. aliter jure novo, quod ut cognoscatur. 1. Doctrina de gradibus cognationum civiliter & canonicè explicanda. vid. Int. sup. tit. 6. l. 3. I. tit. 10. l. 38. ff. qua. 5. c. 35. 2. quo ordine deferatur, exponendum, nimirum. 1. Descendentibus, qui quandoque bona conferre coguntur t. 7. ff. 37. 2. Ascendentibus. 3. Collateralibus. 4. Conjugibus. 5. Fisco. v. Int. sup. Nov. 118. & singulares tractatus Nicol. de Ubald. Dyni. Matthes. Forst. Berl. t. 3. con. 24. 25. 26. &c. aliosq;. Quia vero hæc successio pro jurium provincialium & municipalium varietate, alia atq; alia est, in generalibus hisce non est acquiescendum, sed speciales cujusq; loci consuetudines, cognoscendæ sunt &c.

95. Indirectè Hereditas defertur, fidei commissio universali, cujus natura cognoscatur ex interp. super tit. 23. l. 2. Inst. t. 1. l. 36. ff. t. 49. l. 6. C. Nos, cum salebrosa & antiquata pleraq; sint, hoc sicco pede transimus.

96. Hominum providentiâ defertur pacto successorio, quo duo pluresve, in suorum alterutrius præmoris bonorum successionem consentiunt, conf. H. Pistor. 4. q. 1. Thoming. dec. 57. Viv. lib. 2. obs. 126. &c. &c.

97. II. Modus A. V. est bonorum possessio, quæ est jus persequendi retinendiq; patrimonii, quod cujusq; cum moreretur, fuit (à Præatore concessum) l. 3. §. bonorum. 2. ff. b. t. Est vel Edictalis vel Decretalis, vid. In. ferè sup. 10. lib. 37. ff. t. 11. 12. &c. lib.

C. C. con. Thol. l. 43. c. 2. 3. 4. 5. Q. num hodiè aliquis bonorum poss. usus? Omnino, non quidem quoad solemnitates plus æquo scrupulosas, sed rem ipsam, vid. Old. Clas. 5. ad. 6.

98. *Res singulares, vel simpliciter, vel mortis intuitu, ad aliquem transferuntur. Hæ tribus potissimum modis, cum causis acquir. universalibus affinitatem quandam habentibus, acquiruntur, quorum primus est Legatum. 2. Fideicommissum particulare. 3. Donatio mortis causa, quæ vi & effectu vix, sed juris subtilitate duntaxat distinguuntur.*

99. *Legatum est donatio quædam à defuncto relicta, quam heres jussu ejus præstare cogitur. §. 2. Inst. hic. de materia legati, quæ est res in commercio existens, cujusq; quis potest esse Dominus; forma Extrinseca, quæ est causa, modus, conditio &c. circa legatum incidens; Objecto, cui aliquid legari possit, & oppositis legati, quæ illud vel planè tollunt, ut Ademptio & translatio, vel minuunt, ut lex Falcidia vid. Inter. sup. tit. 20. 21. 22. Inst. lib. 30. 31. 32. 33. 34. 35. ff. tit. 37. 49. lib. 6. C. Ant. Fab. Simo. de Præcis. lib. 4. de Interp. ultim. volun. Interp. ult. dub. ultimâ. Thol. lib. 42. c. 32. 33. 34. Don. Alth. &c.*

100. *Fideicommissum est, quod precariis verbis relinquitur, ac naturâ à Legato discernitur, ac usu & effectu juris in omnibus & per omnia exæquata sunt. vid. Int. sup. §. 3. Inst. de leg.*

101. *Donatio mortis causa est, quæ fit mortis intuitu, alicui præsentis & consentienti, de ejus naturâ, convenientiâ & differentiâ à legato. vid. Int. sup. §. 1. lib. 2. Inst. tit. 7. r. 6. ff. 39. r. 57. l. 8. C. Thol. l. 28. c. 14. &c. In dictis acquirendi modis, locum cum primis habet, celebre illud accrescendi jus, cum sc. duobus aut pluribus, re, verbis, aut utroq; modo conjunctis, uno deficiente, alteri pars deficientis adjicitur, & accrescit, de quo vid. Interp. super l. re conjuncta 89. de leg. 3. Steph. Forcat. Necyom. Dial. 59. Horc.*

59. Host. illu. quest. 44, Duar. & Govean. in tract. de jure accrescendi &c.

102. Res quæ simpliciter ad aliquem devolvuntur, donatione simplici inter vivos dictâ, & præscriptione potissimum (adjudicationem enim, quam Pacius in Analy. tit. 17. lib. 4. Inst. §. ult. indigitat pensi non habemus) acquiruntur. Donatio est liberalis concessio, nullo jure cogente facta, l. donari 29. in pr. ff. h. t. l. donari 82. R. I. vel (ut Hostiensis ex. de donat. definit.) est rei (alienari) licitæ, nullo jure urgente, merè liberaliter facta collatio. Hujus divisiones variæ, forma quomodo contrahatur firmeturq;, effectus quod in se necessitatem traditionis habeat, oppositum quod revocari possit, prolixè explicantur apud Interp. sup. §. 2. t. 7. lib. 2. l. t. 5. l. 39. ff. t. 54. 55. 56. lib. 8. C. Conn. lib. 5. c. 9. 10. 11. Thol. l. 28. à cap. 7. usq; ad 14. Boccerum, in tract. sing. de donat. &c.

103. Præscriptio est adjectio (sive acquisitio) Dominijs per continuationem possessionis, temporis lege definiti l. 3. ff. de Usur. & Usuc. antiquitus Usucapio & Præscriptio, objecto, forma, effectu, proprietatibus distinguebantur, Treutl. vol. 2. d. 22. t. 1. Don. l. 5. c. 4. Revar. lib. de ver. Usuc. differ. Verum hæ differentie ab Imperatore nostro sublatae sunt, l. un. C. de Usu. transf. adeò ut Usucapio, præscriptio & longa possessio, jam unum acquirendi modum constituent. Quæ Præscriptionis origo, 2. quæ requisita, 3. quæ divisio secundum jus commune & Saxonicum. 4. Quodnam oppositum, Usurpatione scil. tam naturalis quàm civilis, vid. ap. Int. sup. tit. 6. l. 2. In. tit. 3. lib. 41. ff. tit. 26. usq; ad 41. l. 7. C. tit. 26. lib. 2. Decret. Dyn. ad reg. possessor. 2. & seq. de R. I. in 6. Decret. Baldum, Cujac. Oldend. Gabri. de præscript. Tholos. lib. 4. tot. Alth. l. 1. c. 41. 42. 2. cap. 6. Don. lib. 5. à cap. 5. usq; ad 25. Con. l. 13. à cap. 11. usq; ad finem. Hoc duntaxat adjicimus post Dom. de Soto, Cajet. Covar. Ludov. Molinam de I. & I. t. 1. tr. 2. disp. 61. asserere, civi-

lem rationem, cui præscriptio innititur hoc operari, ut qui secundum juris civilis requisita, rem usucepit, etiamsi postea mala fides superveniat, ne quidem in foro conscientiae, eam priori Domino restituere teneatur, licet hujus nulla negligentia animadvertsa fuerit.

104. Hæc de acquisitione Domini propriet. dicta sunt. amittitur vel naturaliter casu, aut facto Domini, vel civiliter adjudicatione judicis, confiscatione, & commissione bonorum, v. Vult. lib. 1. c. 78. J. R. Alth. l. 2. cap. 12. remiss. Thol. l. 20. c. 12.

105. Secundaria Domini species est, Dominium Juris, quod in servitutibus maxime evidens est. Servitus autem est jus, quo res aliena præter naturam servit, vel est usus rei alienæ, ad rei vel personæ nostræ utilitatem & commodum concessus & datus; est vel realis, vel personalis: Realis est vel urbana, quæ Prædio urbano, habitandi causa exstructo, vel rustica, quæ prædio rustico fructuum colligendorum causa &c. erecto, debetur, utriusque species, constitutionem & amissionem declarant prolixè Interp. sup. t. 3. l. 2. In. inter alios Schn. tot. lib. 8. ff. Wes. in par. Conn. lib. 4. c. 7. 8. 9. 10. 11. 12. Thol. lib. 4. à cap. 7. usq. ad c. 24. Don. lib. 14. tot. Alth. Vult. &c.

106. Personalis servitus dicitur usufructus, cujus definitio, divisio, constitutio & dissolutio exponitur ab Inter. sup. t. 4. lib. 2. I. t. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 9. lib. 7. ff. t. 2 ff. 33. Bes. in delibatis l. 7. q. 2. & seq. Paul. Christineo deca. belg. vol. 1. dec. 250. v. 2. d. 175. Gail. 2. obs. 64. &c. Usus & habitatio v. Int. sup. tit. 5. lib. 2. l. tit. 8. lib. 7. ff.

107. Jus in re hucusque adumbravimus, nunc jus ad rem, quod quidem circa rem est, ita tamen, ut ipsa res nondum sit devincta aut obnoxia, sed persona tantum obligata, ad aliquid præstandum, delineare aggredimur. Ejus vero caput est obligatio, quæ in heret quidem personæ, sed ita ut ei imponat
necessi-

necessitatem alicujus rei solvenda sive prestanda, ut loquar clari-
rius, obligatio afficit personas, non quatenus personae sunt, sed
quatenus hic est debitor, ille Creditor: at v. debitorem esse &
creditorem, dicitur intuitu rei quae debetur, hinc recte dicimus
obligationem esse in personis subjectivè, in rebus autem obje-
ctivè, quae cū non attenderet Vultej. obligationes ad jus persona-
rum temerè retulit. Obligatio in genere est jus, quo Creditori
debitor ad præstationem generalissimè obstringitur l. 3. ff. de
O & A. Reg. Hujus non est capax Infans, Impubes, dolo ca-
rens, furiosus, omnis denique is, qui mente ratione, ac judicio si-
ve voluntate & cogitatione destituitur, Doct. comm.

108. Obligatio est triplex vel merè Naturalis,
vel merè Civilis, vel Mixta. Merè naturalis est, quā de-
debitor suo creditori naturaliter saltem obstringitur, hujus fun-
damentum est æquitas naturalis. Duar. de O & A. c. 2. de
cond. indeb. Hilg. ad Don. lib. 12. c. 2. l. 4. subjectum est jus
civilis incapax, Servus, captus ab hostibus, deportatus &c. Alt.
l. 1. c. 34. n. 23. Modus constituendi principalis est pactum,
vide Hei. sup. tit. Inst. de Oblig. pactum dupliciter considerari
potest, absolutè & relatè qua ad contractum accedit. Absolu-
te ejus definitio, quā est conventio nudo placiti sine consistens,
divisio, quā alia publica, alia privata &c. materia, quae est
res in commercio existens, forma, effectus, qui tum vi Civilis
tum Canonici juris dantur, contraria, percipienda sunt ex In-
terp. sup. tit. ff. 14. l. 2. t. 3. C. 2. t. 35. l. 1. Decret. Wes. in par.
hic. Hottom. Hunn. in tract. de pact. Bes. delibat. l. 2. q. 12. &
seq. Relatè singulariter ejus effectus explicandi, v. cit. aut.
adde Vult. l. 1. I. R. c. 44. Thesaur. 1. q. 69.

109. Merè civilis est, qua astringitur quis mero jure
civilis ad solvendum id, quod civiliter debet. Hæc ex merè ju-
ris Civilis subtilitate scaturire videtur, con. Heig. lo. cit. n. 19.
Don. ad. l. 5. C. de pact. n. 3. Ejus speciem, obligationem,
quæ

quæ ex literis sive scripturâ & Chyrographo simplici proficiscitur, non insubidè quis constituerit, quâ scil. quispiam, certam pecuniæ summam, quam se, dato Chyrographo recepisse proficetur, reddere tenetur, licet nihil prorsum acceperit. De naturâ hujus oblig. & exceptione non num. pecun. ei opposita, videantur. Int. sup. tit. 22. l. 3. I. t. 30. lib. 4. C. adde Bach. negantem jure nostro ἐμμέσως ex literis obligationem prodire.

110. Mixta ab Imp. in Inst. definitur, juris vinculum, quo necessitate astringimur, alicujus rei solvendæ, secundum nostræ civitatis jura. Hujus fontes duo sunt Contractus & maleficio, DD. comm. dissentiunt Walth. 2. misc. 31. Don. l. 12. c. 4. Obligatio autem se habet ut genus τὸ ἐν, quippe ejus vis & indoles in illâ, quæ ex contractu promanat, magis evidens est, quam in ista quæ ex maleficio, idcirco quoque communia utriq; in priori commodè attinguntur, quod ob methodi rationem apprimè observandum est, vid. infra thes. 132. 149. Contractus natura in genere 2. Divisio in varias species eundem constituentes. 3. Dissolutio ponderanda.

111. I. Generaliter natura contractus innoscet si explicentur. 1. ejus definitio, qua conventio cum causa, Vult. l. 1. c. 30. sive ultro citroq; (vocibus τεχνολογικῶς & latè acceptis) conventio audit. Gedd. ad l. 19. de V. S. 2. divisio ratione Adjunctorum, quorum respectu Contractus quidam dicuntur bonæ f. quidam stricti juris, quidam monopleri, quidam dupleri, sive utrinq; obligatorii, quidam gratuiti, quidam mercenarii &c. 3. Requisita generalia, quod scil. in omni contractu, substantialia, naturalia, tam interna, quam externa, & Accidentalibus, (inter quæ familiam ducunt pacta, inter usurium, cujus species est interesse, de quo Alci. Don. Molin. &c. pœna adjecta, cui fortè Vadium Polonorum correspondet. Herb. in sta. Reg. Pol. lib. V. Paul Scherbitz in promp. sta. pas. juramentum &c. Wes. in par. tit. 2. lib. 12.) concurrere possint, vid. Vult. l. 1. c. 44. adde
Gloss.

Gloss. & DD. in l. pacta conventa, ff, de contrah. Empt. Gu-
erro. Pifo. præl. feud. c. 20. n. 23. 4. Contraria, quæ sunt Er-
ror & Dolus, vid. Wes. in par. de pact. &c.

112. II. Specierum respectu, Contractus vel sunt im-
mediati (ex quibus ipsi qui contraxerunt, sibi & non alii obli-
gationem acquirunt) vel mediati. illi vel sunt proprii (in
quibus ab initio de consensu utriusq; contrahentis constat) vel
improprii. proprii vel Nominati (qui causam habent jure
definitam, vel nomine proprio appellatam) vel innominati.
Nominati vel sunt reales, vel verbales, vel consensuales.
Reales, quibus re traditâ & accepta obligamur, ad rei ejusdem
specie vel numero restitutionem, aut si id fieri nequeat, ejus esti-
mationem & interesse, sunt in primis 4. Mutuum, commo-
datum, Depositum, Pignus. Inst. t. 15. l. 3.

113. Mutuum est contractus stricti juris, quo rem fungi-
bilem (id est quæ ponderando & mensurando aestimatur Cuj.
l. 11. ob. 37. Gedd. l. 4. V. S.) alicui damus utendam & absu-
mendam, ut ex eodem genere tantundem restituatur. v. Int. sup.
princ. t. 15. l. 3. Inst. tit. 1. l. 12. ff. Thol. Conn. Alt. Vult. Joh. Cöp-
pen. 2. obs. 3. 4. Bes. tr. sing. de arario, cap. 6. &c. Adjacens mu-
tui est usura, sive fœnus, de quo v. tum Theol. tum J. C. prolixis-
simè, in specie Borch. tr. de Usuris, & Besol. in dis. sin. inser. tract.
de vit. & mort. consid. cap. 1. & seq.

114. Commodatum est contractus bonæ fidei, quo res gra-
tuitò utenda alicui conceditur, ut illa ipsa in specie reddatur. t.
15. §. 2. lib. 3. In. t. 6. l. 13. ff. t. 24. C. 4. Huic affine est precarium.
t. 26. ff. 43. t. 9. C. 8.

115. Depositum est contractus bonæ fid. quo res quæpiam,
alicui gratis custodienda & conservanda committitur, ut eadem
numero, quandocunq; repetatur, bonâ fide restituatur §. 3. t. 15.
In. 3. t. 3. ff. 16. t. 34. c. 4. N. 88. Depositum vel est simplex sive rei

E

non

non litigiosa, vel modificatum sive rei litigiosa, & sequestrum no-
minatur, vid. tra. Gedd. de sequestra.

116. Pignus est contractus bonæ fid. quo res Creditori
obligatur, & traditur in rei creditæ securitatem, eâ lege, ut solu-
to debito, vel aliter satisfacto, eadem species restituatur. Spe-
cies pignoris esse putatur hypotheca, quæ vel est expressa, vel
tacita, sola lege inducta, cujus generis 14. recensent Interp. Vult.
l. 1. f. R. c. 34. Alb. v. c. 31. v. 10. lib. 20. ff. tit. 14. usq. ad 36.
l. 8. C. Cöppen 2. obs. 16. & seq. H. Pist. 3. q. 12. & seq. &c.

117. Verbales sunt, qui ad formalem sui rationem
certa verba requirunt, quos inter stipulatio ferè sola regnare
videtur, quæ vel principalis, vel accessoria est. Principalis
(absolutè stipulatio dicta) est contractus juris civilis, interro-
gatione præcedente, eamq. responsione congruâ subsequente, ini-
tus, dandi vel faciendi alicujus causa, de qua v. latiss. Int. sup.
ii. 16. usq. ad 21. lib. 3. f. t. 1. l. 45. ff. t. 2. ejus d. lib. ff. t. 40. l. 8.
C. t. 3. l. 45. ff. t. 39. l. 8. C. Conn. lib. 6. â. 1. cap. usq. ad 6. Don. l.
41. c. 36. & ibi Hilli. Ged. in tr. de contrah. stipul. &c. Reg. usus
stipulationis se diffundit ad omnes conventiones, tam nudas quam
vestitas sive contractus, ac in sponsionibus vulgatis Germ. Wet-
ter conspicuus est. 2. Stipulatio absolutè & quæ est contra-
ctus peculiaris, relatè & per accidens, est aliorum contractuum
sepimentum, ut loquitur Hopperus.

118. Accessoria est fidejussio, quæ alterius debitoris va-
lidæ obligationi accedit, citra ullam novationem, ad majorem
Creditoris securitatem: Ab hac concretum fidejussor descen-
dit, qui à Creditore solemniter interrogatus, alterius principalis
debitoris obligationi sive contractæ jam, sive contrahendæ acce-
dit, eamq. fide suâ esse jubet, ut Creditori eò diligentius cautum
sit v. t. 1. l. 46. ff. t. 41. l. 8. C. Uti v. pluribus onerib. fidejusso-
res subjacent, ita quoq. non nullis sublevantur beneficiis, in pri-
mis

mis divisionis Adriani § si plures Inst. hic. Ordinis sive excus-
sionis Nov. 4. c. 4. jun. Auth. presente. C. h. t. cedendarum
Actionum l. 17. ff. h. t. conf. si placet Gail. l. 2. ob. 26. & seq.
Berl. t. 2. con. 25. & seq. Her. tract. de fidej. utriq. stipula. affine
est constitutum & Constitutoria obligatio l. 2. C. de pec. const.
quâ quis spondet quocunq. modo, se soluturum, daturumve fide-
jussorem, vel pignus Creditori, vel procuratori, vel subjectis ejus-
dem, quod eidem, ex priori aliquâ suâ vel alterius obligatione
qualicunq. debetur ff. 13. t. 5. C. 4. t. 18. conn. l. 5. c. 3. Thol. l. 24.
c. 7. Alth. 1. c. 84. Vacon. 5. declar. 67.

119. Consensuales sunt, quorum natura unice consen-
su perficitur, neq. ut res tradatur, aut verba & literæ interve-
niant, necesse & essentialiter requirunt, licet re interveniente
absolvantur & consummentur. Hi partim rem, partim per-
sonam respiciunt. Rem 5. præsertim Emptio venditio,
Locatio, Conductio, Societas, Mandatum & Donatio
impropria.

120. Emptio vend. est contr. bonaf. de re emptori tra-
dendâ, pro pretio certo numario venditori dando. Essentialia
hujus contractus sunt consensus, merx & pretium. Acci-
dentalia pacta varia, Addictio in diem, lex commissoria,
pactum de retrovendendo &c. v. Int. sup. 24. l. 3. In. tot. lib.
18. ff. t. 38. & seq. usq. ad 58. l. 4. C. Conn. l. 7. c. 6. & seq. Thol.
l. 25. c. 1. & seq. usq. ad c. 18 In hoc contractu peculiariter jus
protemiseos sive retractus locum habet, de quo v. latiss.
Matth. Assl. in const. Frider. de jure protemiseos, & Tiraq. in
prolixis tract. de hoc jure concinnatis.

121. Locatio conductio est contractus, quo res sive mobi-
les, sive immobiles, aut persona, pro certâ mercede conductori,
ad certum aliquod tempus usurpandâ conceditur t. 25. l. 3. In. t.
2. l. 19. ff. t. 65. C. 4. Est vel simplex, vel Emphyteusis,

de qua §. 3. J. h. t. t. 3. 6. ff. t. 66. C. 4. con. Conn. Thol. Ale.
l. 1. c. 78. remiss. in utroq; contractu (emptionis & locationis) fre-
quens est *Ædilitium edictum* t. 1. l. 21. ff. t. 58. C. 4. *Evi-*
ctio. t. 3. l. 21. ff. t. 45. C. 8. Et pactum *Arrhale Vul.* l. 1. c.
44. in fine. Reg. non est novum in jure, post species expositas
communia quædam singulis exponere. Wes. in par. l. 8. t. 4.

122. *Societas* est contractus de re vel negotiatione hone-
stâ, ejusq; lucro vel damno communicando, t. 26. l. 3. J. t. 2. l. 7.
ff. t. 37. l. 4. C. *leonina n. societas reprobatur*. l. 29. §. 2.
ff. h. t.

123. *Mandatum* est contractus, quo Dominus negotium
bonâ fide gerendum, sine mercede suscipienti committit t. 27. J. 3.
t. 1. l. 17. ff. 35. l. 4. C. Reg. *Mandatum honorarium non re-*
spuit. Bach. Inst. hic.

124. *Donatio impropria* est, quæ ob certam aliquam
causam fit, hujus species sunt, donatio mortis causa facta §.
1. t. 7. l. 2. In. t. 6. l. 39. ff. tit. 57. l. 8. C. & donatio propter
nuptias §. 3. Inst. hic. C. de Don. ante nupt. Nov. 27. c. 31. 97.
119. c. 1.

125. Personam respiciunt potissimum *Nuptiæ*,
Adoptio, *legitimatio*. *Nuptiæ*, sive conjugalis societas est
quæ inter marem & fœminam contrahitur, de mutuo conjugali
officio præstando, & conjunctione in unam carnem. Hujus co-
gnoscenda Antecedentia, quæ sunt sponsalia. Essentialia re-
quisita, quæ 2. sunt. 1. Ut contrahentes matrimonii sint capa-
ces. 2. legitimo modo matrimonium ineant, vide. cum consensu,
& in gradu non prohibito. Accidentalibus, quæ sunt ritus &
solemnitates in copulatione publicè adhibitæ, dos &c. conse-
quentia, quæ sunt divorcium & redintegratio v. Int. sup. §. 1.
t. 9. tit. 10. l. 1. Inst. tot. lib. 23. 24. 25. ff. C. 5. a. tit. 1. usq; ad 27.
tot. lib. 4. Decret. Thol. Alb. Cyp. Covar. Beust. Bez. Steph.
de

de malefco. lib. de nupt. Coppen. l. 4. ob. 24. & seq. Enekel. de
prio. paren. Martin. Uranium lib. 3. de matrimonio, & infini-
tos alios.

126. Adoptio est, quâ patriæ potestatis jura, in oneribus
& commodis, inter illos, qui naturâ, patris & liberorum nomi-
ne, non comprehenduntur, communicantur. Species ejus duæ sunt
Arrogatio & Adoptio specialis, v. t. u. l. 1. J. t. 7. l. 1. ff. t. 48.
49. l. 8. C. Adoptioni affinis est Unio prolium Gail. l. 2. obs.
125. Copp. 1. 55. Jac. Rickius. tr. de un. prol.

127. Legitimatio est, quâ naturales liberi & parentes
eorum consentientes, jus liberorum legitimorum inter se invicem,
causâ cognitâ, consequuntur v. S. 13. t. 10. l. 1. J. Nov. 89. Vinc.
Hondedeum, to. 2. consul. passim. Besol. in delib. jur. q. 33.
Huic similis est dispensatio, quâ defectus natalium, etiam in-
cestuosorum atq; adulterinorum quoad quid collitur. Roland. con.
89. vol. 1. con. 69. vol. 3. cit. Alch. lib. 1. c. 8.

128. Innominati sunt quorum Jus & forma, ll. anti-
quis contractuum nominatorum, ob rerum varietatem, & inter-
esse incertum, quod in illis petitur, definita non est. Hujus-
modi communiter tres numerantur, Contractus æstimatori-
us t. 3. ff. 19. Permutatio t. 4. ff. 19 lib. 4. C. t. 64. & contra-
ctus ex præscriptis verbis, qui ad 4. genera redigitur, do
ut des, do ut facias, facio ut des, facio ut facias, t. 5. ff. 19. t. 64.
C. 4. v. Thol. l. 28. Alch. l. 1. c. 87. & seq. ubi plures species quasi
contractus explicat.

129. Improprii contractus sunt, in quibus ab alterâ con-
trahentium parte, principio consensus expressus non intervenit.
Horum species $\pi\alpha\chi\upsilon\lambda\omega\varsigma$ cum Vult) 5. constituemus i. est Nego-
tiorum alienorum administratio, quæ vel est generalis, &
Negotiorum gestio dicitur S. 1. t. 28. l. 3. In t. 5. lib. 3. ff. t. 19. C. 2. vel
specialis, sive Tutelæ administratio ex quâ pupillus Tutorem

obligatum habet, ad administrationis suæ rationem reddendam,
& econtra Tutor pupillum, finita tutelâ, ad factorum sumptuum
& interesse rationem §. 2. In. t. c. hic Jura diversarum gen-
cium Provincialia, & tractatus singulares legendi, ceu est
LandtX. l. 1. art. 23. Verbesserte Polizey Ordnung/anno 1577.
Francofurti edita, sub tit. Von Pupillen vnd Minder Jähri-
gen &c. &c. 2. Communio rerum vel hereditariarum speci-
aliter, t. 2. ff. 10. 36. C. 3. vel quarumvis aliarum t. 3 ff. 10. t. 37
C. 3. 3. acquisitio hæreditatis §. 5. In. hic, t. 2. l. 10. ff. C. ib.
4. Est solutio indebiti §. 1. t. 15. f. 3. §. 6. t. 28. ff. 3. In. t. 6.
l. 12. ff. t. 5. l. 4. C. 5. Est Exhibitio t. 4. ff. 10. t. 42. C. 3. v.
brevit. ergo Alch. Vult. Wes. & Cuj in parat.

130. Contractus mediati sunt, in quibus per interpositam
personam, in quam jus ministerii vel potestatis habemus obliga-
tio nobis acquiritur. Old. vocat. clausulas contractuum Spe-
cies horum sex recensentur. Contractus Exercitorius
t. 1. ff. 14. C. 4. tit. 25. Institorius t. 3. ff. 14. t. 25. C. 4. Tributori-
us, t. 4. ff. 14. Quod jussu t. 4. ff. 15. t. 26. C. 4. Ex peculio t. 1.
ff. 15. t. 26. C. 4. Ex in rem verso t. 3. ff. 15. v. Wes. sup. t. 7.
l. 4. In. & in par. ff. aliosq.

131. III. Dissolutio contractus (vel mage obligati-
onis ex contractu) vel est ordinaria, sive propria, vel extra-
ordinaria, sive impropria.

132. Ordinaria vel est generalis (sive cuiusvis obligatio-
ni communis, ac suo modo in obligatione ex delicto emicans) vel
specialis.

133. Generalis vel ipso jure, vel ope Exceptionis
obligationem perimit.

134. Ipso jure extinguitur 1. Solutione, de qua prin-
tit. 30. l. 3. f. t. 3. l. 46. ff. t. 43. C. 8. Alt. l. 2. c. 14. Vult. l. 1.
c. 53. con. Gedd. l. 47. V. S. 2. Acceptilatione, que vel sim-
plex

plex est, vel Aquiliana §. 1. 2. 3. l. 3. I. t. 4. ff. 46. t. 44.
C. 8. Paul. Christ. vol. 4. dec. 182. Crav. conf. 394. 3. Novati-
one ac delegatione §. 3. In. hic. t. 2. l. 46. ff. t. 42. C. 8. Ca-
vall. q. 95. q. 756. Hond. 2. Conf. 40. Gail. 2. obs. 30. 4. Confu-
sione Alc. l. 2. c. 22. Vul. l. 1. I. R. c. 57. 5. Compensatione
v. Alc. Vult. Paul. Christ. vol. 3. dec. 38. 39. 40. Berl. 1. con.
16. 6. Transactione Aquiliana stipulatione munita. Wes. n.
7. h. t. vid. in genere de his modis gl. in l. omnib. 43. ff. de solut.
Contium in not. ad tit. ult. lib. 3. Inst. Briss. lib. 1. & 2. de solut.
In specie, num in transactione, remedium l. 2. C. de rescind. vend.
locum habeat, v. Webn. conf. Francon. 60. Nicol. Everh. con.
241. Pet. Ves. con. 15. Merend. 6. contro. cap. 21.

125. Exceptionis ope infirmatur, jurejurando,
exceptione rei judicatae, praescriptionis &c. vid. brevit.
ergo Vult. Alc. Briss. lib. 3.

136. Specialis varia est, v. Vult. de solut. l. c. nos arbi-
tramus, commodissime in declaratione cujusq; contractus, has ex-
poni posse.

137. Extraordinaria est restitutio in integrum, quae
vel est majorum, vel minorum, t. 1. 2. 3. 4. &c. ff. 3. C. 2. à tit. 20.
usq; ad tit. 55. vide specialia apud Besoldum, in delib. l. 4. q. 15.
Omphal. de usurp. leg. l. 7. c. 6. Ludovic. Gilhausen, in arb. jud.
civil. c. 8. p. 5. &c.

138. Alter obligationis mixtae fons est maleficium,
Cujus tria capita formanda. Primo in genere maleficii
natura 2. Species maleficiorum. 3. dissolutio obligationis
ex maleficio exponenda est.

139. I. Naturam definitio nominis & rei, gra-
dus & divisiones generales delictorum planum facient. v.
Alc. l. 1. c. 98. c. 100. Decia. lib. 1. c. 8. 9. &c. in tract. crim.
Gilhau. in arb. jud. crim. in prole. Bocer. in tr. de torturis c. 2.
Tholos. lib. 30. c. 1. & seq. 140. Male-

140. Maleficia (ratione subjecti) vel sunt communia, vel clericorum propria, de quib. *Int. jur. Can. super 5. decret. & Thol. in par. jur. Can. lib. 4. prolixè agunt.*

141. Communia sunt vel propriè dicta, vel impropria.

142. Propriè dicta sunt vel nominata, vel innominata.

143. Nominata (docendi causa) obceptorum respectu, distribui possunt in ea, quæ publicam causam, quæ privatam tantum, quæ utramque concernunt.

144. I. Ordinis vel sacra, vel profana ab Objecto dicuntur; illa circa rem sacram committuntur, vel quoad doctrinam & cultum, ut hæresis, schismà, perjurium, Apostasia, Blasphemia, Demonomia, &c. vel quoad res sacris usibus destinatas, ut sacrilegium, & sepulchri violatio. Hæc circa rem profanam, vel quoad statum Reip. ut crimen læsæ majestatis, perduellio, rebellio, ambitus, conjuratio, collegia illicita & receptatio, vel quoad res ipsas, ut peculatus, crimen residuorum, annonæ flagellatio, & monopolium.

145. II. Ordinis, vel personas privatas, ut plagium, vulneratio, homicidium, parricidium, prævaricatio, tergiversatio, calumnia, concussio, Sodomia, Adulterium, stuprum, fornicatio, polygamia, incestus, raptus, vel res privatorum spectant, ut hereditatis expilatio, termini motio, crimen repetundarum, furtum, abigeatus.

146. Tertiū ordinis (quæ circa privatas & publicas causas simul committuntur) sunt prava persuasio, damnum injuriâ datum, vis, crimen falsi, veneficium &c. *conf. Aleh. l. 1. cap. 101. & seq. Vult. lib. 1. l. R. cap. 45 46. &c. remissivè, quem hic brevitatatis ergò sequi placuit, magis artificiosum per aptas dichotomias, à natura rei petitas, tempore commodio si suppeditari.*

147. Inno-

347. **Innominata** sunt, *que ratione facti sunt, ad delicta recensita referri nequeunt, neq; certum & speciale de jure pro-
ditum nomen habent, ceu stellionatus & dolus v. t. 20. ff. 47. t.
34. C. 9. Cui. 10. obs. 26. Besol. in delib. lib. 3. q. 6. 7. Christ. 2.
decis. 116. 117. Vult. Alb. loc. cit.*

148. **Improprie dicta maleficia** sunt, *quae vel imprudencia quadam commissa, vel ab alio ad nos translata sunt: primi generis sunt omnia delicta supra enumerata, specialiter crimen judicis per imprudentiam male judicantis, t. 49. C. 7. secundi generis sunt delicta familiae, & brutorum nostrorum, quatenus nobis imputantur v. t. 5. l. 4. Inst. t. 3. l. 9. ff. t. 8. 9. l. 4. Inst. & c.*

149. **IIV. Modi obligationem ex maleficio dissolventes**, *vel sunt communes, vel proprii. Communes sunt compensatio, transactio, praescriptio, qui in specie obligationis primaria explicandi sunt, hic si charta pateretur, quae hisce modis delicta, & qua ratione tollerentur, indicandum esset. v. Doct. sup. alleg.*

150. **Proprii vel sunt ordinarii, vel extraord.** *Ordinariorum princeps est poena, cujus consideratio duplex instituenda generalis & specialis.*

151. **Generalis poenae definitionem, gradus varios, normam** *(quae est equitas & proportio Geometrica plerumq;) & species exhibebit v. Bes. tr. de praemiis & poenis. Tiraq. de poen. Millaeum in pract. crim. Alb. l. 1. c. 98. & seq. remiss. Tholos. lib. 31. c. 1. 2. 3. & seq. Wes. & alios Inter. super in sig. tit. ff. & C. de poenis.*

152. **Specialis distincte explicabit, qua poena quodvis in specie delictum, tam proprium nominatum, vel innominatum, quam improprium vindicetur, consulantur** *Int. potissimum super. 47. & 48. ff. lib. 9. C. Alb. a cap. 101. usq; ad fin. lib. 1. Vult. l. 1. f. R. c. 54. & innumeri tractat. de criminib. conscripti, ac jurib. Provincialibus diversarum Regionum accommodati & c. & c.*

153. **Extraordinarii sunt abolitio, qua delinquens reorum numero, Magistratus autoritate, ex causa probabili**

F

eximi-

eximitur, C. de abolit. remissio facta à summo Principe, quanquam notantibus quibusdam, eandem potestatem Duces & Barones quoq; usurpent. v. Alch. lib. 2. c. ult.

154. Atq; ita adumbrare partem J. P. absolutam placuit: Relata delineationem accuratam, differre temporis ratio cogit, jam primis lineis designasse sufficiat. Relata est, quâ ex jure, primâ parte ostenso, quæstio mota ventilatur. Hinc juris absoluti praxis vocatur, illudq; præsupponit, ut in Logica pars propria Communem. Hujus partis quinque sectiones necessariò faciendæ sunt. 1. De personis quæstionem moventibus. 2. De quæstionis natura. 3. De personâ coram qua & ubi quæstio tractanda. 4. De forma quâ quæstio in judicium introducitur. 5. De ordine quo quæstio agitur.

155. I. Personæ quæstionem moventes, vel sunt principales, vel ministeriales. Principales sunt Actor & Reus. Ministeriales sunt Advocati & Procuratores C. 2. r. 7. 8. 10. 11. ff. 3. t. 3. queis jungimus postulantes t. 1. l. 3. ff. t. 6. l. 2. C. & defensores t. 3. l. 3. ff.

156. II. Quæstio est res de quâ inter litigantes disceptatur. est vel facti vel juris s. de facti merito & jure, quod vel lex expressa, vel judicis discretio & æquitas suggerit. v. Vult. lib. 2. J. R. c. 2.

157. III. Persona Coram qua agitur, est vel primaria, vel secundaria. Primaria est judex, qui judicio præest N. 82. Est vel Ordinarius qui jure Magistratus quem gerit, secundum modum jurisdictionis suæ judicat, vel Extraordinarius, qui ex arbitrio vel Magistratus, vel personæ private judicandi potestatem habet! ille dicitur delegatus, hic Arbiter, vel Arbitrator, qui Panormitano 21. modis distinguuntur, quos Gail. 1. obs. 150. contraxit. con. Wes. in par. C. t. 56. lib. 2. Alt. lib. 3. cap. 5. Secundariæ sunt Assessores ff. 1. t. 22. C. 1. t. 51. Tabelliones v. Briss. lib. 18. V. S. verb. Tabelliones Viatores. Vult. hic. remiss.

158. Quæ-

158 *Questio tractatur in foro competenti, in quo
Judex exercitium imperii & potestatis in aliquem habere po-
test. forum autem sortitur aliquis 1. ratione domicilii vel origi-
nis 2. Contractus 3. Delicti 4. rerum de quibus controversitur.
5. Continentiæ causa. 6. Privilegii. v. Alth. lib. 3. c. 1. 2. 3. Lud.
à Gilhaus. in arb. jur. civ. c. 1. p. 2. de jurisd. §. 1. & seq. Socinum
in ean. licet. ext. de foro compet. Joh. mon. in pract. jurid. p. 2. c.
de foro compet.*

159. *IV. Forma quâ judicialiter quæstio tractatur est
Actio & Exceptio. Actio est jus persequendi in judicio,
quod sibi debetur. Inst. princ. t. de Actio. l. 51. t. 7. ff. 44. in qua-
vis Actione (4.) cum primis attendenda. 1. Cui competat.
2. Contra quem 3. qua de re. 4. Ad quid, Don. lib. 19. c. 2.*

160. *Actio variè quidem ratione efficientis, formæ
accidentalis, finis, Adjunctorum, & circumstantiarum
distribuitur, ut ex tit. 6. lib. 4. Inst. & seq. videre licet, verun-
tamen summa divisio est, quâ in reales & personales divi-
duntur. Reales ex jure in re scaturientes, vel sunt possesso-
riæ, vel petitoria. Possessoria sunt Interdicta, quæ sunt a-
ctiones in rem, de possessione vel quasi rei controversæ, litiganti-
bus, à Prætoribus datæ, quorum naturam & species prolixè Interp.
sup. tit. 15. l. 4. In. totum lib. 43. ff. Alth. l. 3. c. 16. Vult. l. 2.
c. 21. Petr. Frid. tr. de interd. Menoch. Gilhaus. &c. explicant.*

161. *Petitoria, Vindicationes appellantur, eisq;
Dominium, vel quasi petitur §. 15. l. de A. est vero Vindica-
tio vel propria vel impropria arg. l. 19. de Usuris. Propria
aut est rei Universalis, qua rerum Universitas, s. hereditas,
vel ordinariè jure civili t. 3. 4. l. 5. ff. 31. l. 8. C. & Prætorio t. 5.
ff. 5. vel extraordinariè, utroq; jure, querela inofficiosi testamen-
ti institutâ, Vult. inst. de inoff. test. petitur. aut singularis quæ
propriè Rei vindicatio dicitur, & multiplex est v. Inst. sup. § 3.
4. 5. &c. t. 6. l. 4. Inst. Impropria est rerum incorporalium.*

in specie servitutum §. 2. In. de A. Busius scribit, vindicationē juris, constituere genus tam materiā quā formā agendi diversum.

162. Actiones personales sunt, quæ personæ adherent, eamq; ubi ubi est, consequuntur, ac ex jure potestatis & obligationis proficiscuntur! illæ præjudiciales, hæ conditiones vocitantur. §. 15. In. de Act. Præjudiciales sunt, in quibus status hominis vel publicus, vel privatus ab injuriâ asseritur. cur ita dicantur & quot sint, v. Brissou. lib. 14. V. S. verb. præjud. Bod. in meth. jur. uni. Tiraq. de Nobil. c. 37. Treutl. in lucer. Causid. Interp. super 13. §. Inst. de act. & t. ff. & C. eidem correspond.

163. Conditiones vel ex obligatione conventionis, vel delicti ortæ sunt: illæ specialiter conditiones nuncupantur! hæ nomine carent. conditiones specialiter dictæ vel sunt ordinariæ, vel extraordinariæ. Ordinariæ vel ex obligatione certâ & determinatâ, vel ex incertis dantur: illæ ex contractibus supra tractis, manant, ac eo ordine quo contractus distribuendæ & explicandæ essent. v. Vult. l. 2. c. 6. usq; ad c. 15. Hæ tres sunt, Condictio triticaria t. 3. l. 13. ff. juratoria §. 11. Inst. de Act. Condictio ex lege t. 2. ff. 13. t. 9. C. 4. Vult. l. 2. c. 17. Extraordinariæ sunt quibus petitur in Integrum restitutio, contra id, quod alias jure civili validum est, Vult. c. 18 remiss.

164. Conditiones ex delicto sunt, quibus læsus directè vel per consequentiam, adversus delinquentem agit, ut ille injuriam illatam justa pœna resarciat. harum tot species constituendæ, quot delictorum sunt v. Alch. lib. 3. c. 14. & seq. in gen. de action. quoad materialia class. Oldend. perlegantur.

165. Exceptio, quæ oritur ex requisitis juris acquisiti cuiusque, sive realis s. personalis deficientibus, vel juris amissi probatione, est conditio reum damnationi eximens, aut eandem minuens l. 22. ff. h. t. quâ tutus est, & adjuvatur Reus, contra Actorem §. 5. Inst. eodem. Tres quæstiones in Exceptione con-

sider-

sideranda 1. ex qua causa & cui Exceptio competat. 2. ad quid & qua de re. 3. Adversus quem detur. Don. lib. 22. Com. c. 2. 3. & seq.

166. Exceptionum divisiones variae, ab efficiente & objecto produci possent, verum generalis est, quae quaedam dilatoria, quaedam peremptoria dicuntur, brevit. ergo v. Inc. s. t. 13. 14. l. 4. In. 10. fere lib. 44. ff. Oldend. Dornsparg. Coler. Zang. de except & c.

167. V. Ordo tractandae quaestionis, processus juris vocatur, qui est quaestionis coram iudicis tribunali in loco publico, secundum jus scriptum vel consuetudinem proponendae, cognoscendae, dijudicandae & finiendae ratio

168. Processus vel est antiquatus, vel novus. Ille est priscus iste ordo & ritus, qui consistebat in formulis solemnibus & vulgaribus, earumque impetratione, quae cum ordinariis iudiciis jam sublatae sunt. vestigia hujus processus v. ap. Vult. l. 2. c. 26. Revardu lib. pro tribu. exactiori. Ventura de valeris lib. 16. c. 15.

169. Novus vel est sollemnis, vel summarius.

170. Sollemnis potissimum duae instantiae sunt, prima & secunda: primae tres partes constituimus. 1. se extendit a citatione, usque ad litem contestationem. 2. a litem contestatione usque ad causae conclusionem. 3. decisoria iudicii continet.

171. Prima pars iudicarii processus secundum Marantam 10. Actus continet. Vult. & Alth. primae & secundae partis Actus, alios substantiales alios accidentales faciunt, quos v. remiss. Tertia pars imprimis complectitur sententiam, rem iudicatam & executionem rei iudicatae.

172. Secunda Instantia est appellationis, quae est provocatio ad majorem iudicem, ratione gravaminis illati vel inferendi; hujus efficiens est omnis non tantum gravatus, verum & is cuius interest; materia est sententia tum interlocutoria quaevis (jure canonico) tum definitiva; forma est processus

eius singularis, in quo terminus à quo, ratio procedendi, quæ
vel est generalis, vel specialis, requirens, ut appellatio rectè in-
terponatur, introducatur, & finiatur, & terminus ad quem
spectantur; finis est sententiæ in primâ Instantiâ latae reforma-
tio; cognata sunt reliqui termini suspensivi causarum, ut Pro-
vocatio, Relatio, supplicatio &c. v. Mar. de appell. Supplicationi
affinis est in terris imperii, Revisio & syndicatus, v. Lud. Bende-
tractatum, & Gail. 1. obs. 53. 54. &c. Ut materia Processus solemn-
is solidè & accuratè cognoscatur, præter Vult. Thol. Donel. Alth.
Gail. in obs. processu in numeri legendi sunt, præsertim specu-
lum Marantæ, Practica Joh. Pet. de Ferrariis, Tract. de proc.
Reyeri, Vmmy, Harprehti, Joh. Monachi, Jacobi, Ayreri, arbor
judiciaria Ludov. Gilhaus. praxis criminalis Dambuderii &c.
His jungantur illi, qui processum in aliis Provinciis, præsertim in
nostris & vicinis receptum descripserunt, ceu sunt Theod. Zau-
acky, Joh. Herburtus ver. process. judic. Jac. Prilusius lib. 4. Stat.
Reg. Polon. &c. &c.

173. Processus summarius est, qui sine judicii figurâ
sive strepitu progreditur, naturalibus tamen processus non facile
præteritis: Hic quandoq; dicitur Extraordinarius, ratione
ordinis, probationis & fidei, ordinis & probationis simul. Ceterum
causas plerasq; quæ summarie tractantur, recenset gl. in l. 3. §. sci-
endum ff. ad exhibendum, v. Vult. remissive.

174. Restaret delineatio partis propriæ I. P. quæ explica-
re deberet, quomodo jus prius, variis diversissimisq; casibus subori-
entibus, tum generaliter secundum jus commune, tum specialiter se-
cundum jura nobiliorum statuum, maxime ejus quem suspicere di-
vinaprovidentia te voluit, dextrè applicandum: verum hæc com-
modiori tempore necessario reservanda sunt. interim diffiteri non
possum, hanc partem vix à quopiam distinctè elaboratam esse, for-
tassean, quia hæc sensim in ipsa praxi discenda sint. ausim verò as-
serere, ex tali manu ductione pl. commodi ad Juris cultores quam

ex

ex tricubitalibus commentariis, de materiis ab aliis ad nauseam explicatis redundaturum esse. Ego hic pedem figo, hujus designationis corpus (si Deus otium, sanitatem, vires, collaboratoresq; v. sup. th. 42. &c. concesserit) integrum aliquando efformaturus; hoc duntaxat adjicere visum est, me non hic ipsas materias (remerarium enim esset infinitam rerum molem examini unius dieculæ subjicere) sed ordinem potissimum censura omnium Eruditorum committere voluisse; ne tamen de materialibus dissertandi occasio desit, nonnulla Corollaria apponere placeat.

SOLI DEO GLORIA.

COROLL. MISCELL.

omn. jur.

1. Quamvis Ius Romanum omnes ferè gentes, ipsiq; Barbari (Bosio teste) suspexerint, attamen non defuere eximii Icti, qui candide fassi sunt, illud magnâ laborare imperfectione, tam materia quam formæ ratione; materia, quia multa nostro tempore obsoleta, similia & rationi contraria continet; Formæ, quia convenientem methodum non observat.

2. Iusto quidem Zelo, B. Lutherus witteber. Anno 1520. jus Canonicum Vulcano consecravit: nihilominus illud adhuc extare & legi multum prodest. 1. quia passim adeò crassas absurditates continet, ut verendum non sit, in verâ religione enutritum, illis amplius deceptum iri. 2. quia multis in locis ipsosmet Pontificios refellit, ceu probatum dederunt, Tradel. in tract. de Eccles. Innocentius Gentiletus in Exa. conc. Trid. Fran. Hectom. in bruto fulm. 3. quia in eo subinde insignis æquitatis vestigia cernuntur. hinc in Imperio Romano, spontaneo ac liberissimo Principum ac Procerum consensu receptum, in Germaniæ Academiis veritatem Evangelii propugnantibus commentariis illustratum, ac in quibusdam juris articulis, Civili prælatum est. Ritt. de diff. jur. Civ. & Can. p. 22.

3. Quot sunt Imperia & status, tot species juris publici constituentur.

situendæ sunt, idcirco optandum esset, ut non tantum jus publicum Germanicum (ceu impigre 30. & circiter annis factitatum est) sed & cæterorum statuum, *distincte perspicue* & candidè vulgarentur & elaborarentur.

4. Quando semina feudorum primum jacta fuerint, ob rei antiquitatem certò definiri nequit, interim arbitramur, jus feudale, tempore Longobardorum & Imperatorum, paulo post eos gubernantium, Conrad. Lotharii, Friderici &c. demum enatum esse, v. Rosent. c. l. con. 8.

5. Hujusmodi consuetudo, quâ beneficio retractus (*des Einstandes*) jure proximitatis vel agnationis utens, propter commodum pecuniarium (*ein Stück Geldes zuerhalten*) id facit, ac anno elapso jus suum ei, qui certam pecuniæ summam spondit, vel jam obtulit, cedit, de jure non subsistit. Reinck. Tiraq. Berlich. Geil.


9. Æquum est transactionem ob enormissimam læsionem evidenter probatam, rescindere, Bart. ad l. 2. C. de resc. vend. l. si quis cum aliter. ff. de V. O. Phil. Corn. Decius, Molinæus, Wes. in parat. h. t. num ult. Gail. l. 2. obs. 70. n. 15.

7. Usuræ æquitate, caritate, honestate & fide piè prudenterq; temperatæ, omni jure permittuntur. Panorm. ad can. conquestus. ex. de usuris, Paris. Card. conf. 126. &c.

8. Num Magistratus Christianus cum Turcâ, vel alio infideli fœdus ferire queat? D. v. Pet. Mar. in com. ad lib. 1. Reg. c. 15. Zepp. lib. 4. de. leg. for. c. 6.

9. Num subditi Tyrannum *exercitio*, à gubernaculis removere possint? D. vid. Alth. in Politi. Alber. Gentil. in disp. rega. Barclaj. de reg. & Reg. potesta. Arnif. de jure Majesta. & in tract. de Auct. Princ.

10. Num vasallus æs alienum à defuncto Vasallo contractum, solvere cogatur? D. v. Geil. lib. 2. obs. 154.











Aug VI 68 (1)

ULB Halle

3

003 711 137



sb.

Vb. 17



E 

Quia in te speramus

E 

Diffe-
rentia

Libram panis

Uerit dominus





D O M A. / 1

ΣΚΙΑΓΡΑΦΙΑ

Systematis Jurispruden- tiæ Romanæ,

QUAM
In celeberrima Academia Regiomontanâ,
Consensu Amplisf. & Nobiliss. Facultatis
Juridicæ,
Pro summis in utroq; Jure honoribus & privilegiis
impetrandis,
Publicæ Eruditorum censuræ
subjicit

PETRUS ÖLHAFIUS,
Gymn. Dantiscani Inspector, & Prof.
Publ. &c.

Ad diem 9. Martij horis ante- & -pomerid.
In Auditorio majori.



REGIOMONTI,
Typis JOHANNIS REUSNERI,
ANNO M. DC. XL.

